


HIERONYMI GIRELLI


FRANCISCANI CONVENTVALIS IN GYMNASIO PATAVINO THEOLOGIAE PROFESSORIS PVBLICI, TRACTATVS

ADVERSVS QVAESTIONEM

Marci Antonii Zimaræ de ſpeciebus intelligibilibus ad mentem antiquorum Auerroys præſertim.

NON AMPLIVS IN LVCEM editus, cum eadem quæſtione eiuſdem. Marci Anton[illegible] Zim. Illuſtriſſ. & Reueren. Franciſco Gonzagę nuncupatus.





VENETIIS MDLXI



AD ILLVSTRISSIMVM ET REVE. FRANCISCVM GONZAGAM FRATRIS HIERONYMI GIRELLI BRIXIENSIS in quæstionem de speciebus intelligibilibus.

PRAEFATIO.





AEPE id vsu euenit, vt nõ nunquàm veri inuestigandi causa, cuius propria est hominis inquisitio philosophiæ præsertim consulti, in contrarias feramus sententias, & alius alij aduersetur nõ liuore aut inuidia, sed quoniam sua cuique placent, & ea probentur magis, quæ a se ipso excogitata sunt. Suum enim cuique pulchrum, & suo opere quisque artifex impensè delectatur, non aliter quàm rebus quibusdam ex sese prognatis. Quæ autem veritati propina sunt, id aliorum esto iudicium decernendi. Neque enim decet quenquàm in sua causa iudicem constitui. Id mihi in præsentia accidit cum ornatissimo & in philosophia clarissimo Marco Antonio Zimara. qui cum adhuc superuiueret tractatum edidit, quo dari species intelligibiles probare contendit. Et quoniam in eo ducem

facit Auerroim, multaque sibi impingit, quæ ne mea quidem sententia vir ille somniauit, videbam oppressam veritatem et abstrusam latere cimerijs(sicut aiunt tenebris inuolutam. Diu multumque distuli, sperans aliquem fore de philosophia bene meritum, qui mihi hunc laborem adimeret, neque paterete tur rem tam apertam in occultò iacere. Mirum tamen mihi fuit, ex tot clarissimis scriptoribus, neminem adhuc ex professo simile negocium suscepisse, cum rem non in frugiferam aggressurus esset ille, qui hunc laborem sumpsisset. Existimabit forte quispiam rem haud quaquam tanti esse momenti, quanti mihi ipsi visa est, atque idcirco illum inanem operam sumpturum, qui de re tenui & exigua disceptasset. Lolio victitant, qui sic persuasum habent, cum vnus in philosophia vel exiguus error propè innumeros parere soleat. Quam ob rem cæteris tacentibus, ne studiosi amplius hallucinentur. & in errore versentur, alium edidi tractatum, Peripateticos tantum secutus. in quo penitus a Zimara vt dissidiã, res ipsa luce meridiana clarior effecit, nõ animo tãto viro refragandi, cuius ingenium & eruditionem præclaram sæpe sum admiratus & ex æquo & superiore loco laudaui, sed veritatis tuendæ causa. Huius se ipsum ingenii acerrimi, & in hoc genere studiorum versatum iudicem constitui. Idque eo lubentius feci quia propter te est Ioannes Iacobus Pauisius vir multæ variæque lectionis, & in philosophia clarissimus,

mihique multis nominibus carissimus, qui dubio procul tuum iudicium approbabit nam ipse tam recte sentit, vt quisquam alius. Suscipe igitur hanc successiuam operam qualiscunque sit, qua & animum meum erga te testatum habebis, & officij summæq; beneuolentiæ, qua me prosequeris, in me dilapsam non esse memoriam cognosces, parturiuntur quidã sublimioris notæ labores tibique nobilissimi & studiosissimi Iuuenis Fœlicis Paciotti Vrbinatis adhortationibus parientur, si hunc quem nunc mitto, non ingratum tibi fuisse intellexero. Quem boni consule putesque cœteros etiam si amplissima contribuunt plura tamen multo sibi relinquere. Qui ipsam se tradit, reliqui nihil sibi facit. Vale, Patauii. Aug. 1560.



MARCI ANTONII ZIMARA DE SANCTO PETRO DE GALATINIS TERRAE HYDRVNTI

artium Doctoris quæstio qua species intelligibiles ad mentem Auer. defenduntur.



VERITVR Vtrum ad mentem Auer. intellectus possibilis recipiat species intelligibiles subiectiue: & arguitur quòd nō. Nulla substātia intellectualis recipit in se aliquod accidens, sed intellectus possibilis est substantia intellectualis ex tertio de anima igitur: maior est Auer. in. xii. meth. in cōmen. 35. Secundo, nulla forma separata à materia patitur essentialiter uel accidētaliter: sed anima intellectiua est forma separata a materia ergo: maior est Auer. in nono metaphisice commento secundo: minor patet ex tertio de anima. Tertio arguitur auctoritate expressa Auer. in septimo phisicornm cōmento uigesimo ubi habet ꝙ cognitio non fit in cognoscente, ita quod pars cognoscēs sit transmutata: sed fit quando aliquid aliud transmutatur: & infra dicit ꝙ comprehensio ipsa nō est aliquid factum in se, sed in respectu ad nos ex qua auctoritate uidetur sentire Auer. intellectū nihil se recipere. Quarto arguitur ratione per impossibile si intellectus possibilis in se recipit species intelligibiles sequeretur ꝙ esset actu ante intelligere consequens est contra philosophū in tertio de anima in textu cōmenti. 5. probatur autem sequela quia prius natura intellectus reciperet speciem quā intellectio eum & ex consequenti prius actueretur per species quàm per intellectionem.

intellectionem. Quinto arguitur si de quo magis uidetur inesse & nō inest ergo nec de quo minus, sed magis uidetur ꝙ substantia immaterialis immediate possit agere in substantiā materialem quàm e contra, & tamen substantia immaterialis non potest immediate agere in substantiam materialem. ergo à fortiori ipsum phantasma quod est materiale non potest agere in intellectum possibilem qui est immaterialis ad productionem spēi intelligibilis. prima pars minoris patet, ꝙ magis uidetur ꝙ immateriale agat in materiale quàm e contra īmediate Quia immateriale est maioris actiuitatis & perfectiōis quàm sit materiale. Ratio enim agendi est actus ut patet tertio phisi. textu commenti. 17. & nono metaphisi. in textu commen. uigesimi. Ratio autem patiendi est materia: ut patet secundo de generatione textu commen. liii. cum igitur substantia immaterialis sit tantum actus: materialis autem substantia sit actus in materia, relinquitur ꝙ sit maioris actiuitatis substātia īmaterialis quàm substantia materialis. Secunda uero pars minoris patet. uidelicet ꝙ substantia immaterialis non possit īmediate agere in substantiam materialem ex septimo metaphi. com xxxi. Et. 8. phy. com. 15. Et. xii. metaphi. com. 18. In oppositum. Et pro parte uera est philosophus. Et commentator in tertio de anima: in textu commenti sexti. ubi laudant antiquos qui dixerunt intellectum possibilem esse locum specierum. In hac questione tria faciam. In prima recitabo opiniones aliorum qui Auerroystas se profitentur esse. Et impugnabo eas. in secunda ponā opinionem quā credo esse ueram ad intentionem Auer. In tertia mouebo. Et soluam pro posse meo quædam subtilia dubia contra illam. Et respondebo ad argumenta principalia. Quantū spectat ad primum est una opinio cuiusdā moderni qui negat species intelligibiles ad mentem Auerro. Sed dicit ꝙ intellectus possibilis recipit formas rerum materiales secundum suum esse formale. Et inquit ꝙ recipiuntur in intellectu: sicut locatum in loco. Cogitur autē iste opinator ad hoc quia si intellectus possibilis reciperet species intelligibiles & non reciperet formas rerum secūdū esse reale demonstratio philosophi in. 3 de anima in textu commen. iiii. Nulla esset Aristo. enim ibi intendit concludere ꝙ intellectus possibilis sit abstractus à materia per hoc medium, quia omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti. Si igitur ipse intellectus reciperet species intelligibiles

& non

& non formas rerum . Solum concluderet philosophus quòd intellectus possibilis est denudatus ab oibus similitudinibus. rerum materialium & non concluderet quòd intellectus ipse. sit denudatus a materialitate realiter. Cōfirmat hanc imaginationem per Auerroym.in illo commento.iiii.vbi habet quòd illa demōstratio philosophi fundatur super duas propositiones quarū prima est quòd omne recipiens &c.Secunda vero quòd intellectus possibilis recipit omnes formas materiales. Et non dicit quòd recipiat species . Similiter commentator in eodem tertio in cōmen.6.Et in cōmento.38. dicit quòd remanet ut illud quod est de entibus in anima sit forma non materia. Sed contra ipsam opinionem arguo demonstratiue quòd ista non fuerit mens Auerro. Et primo sic si intellectus possibilis reciperet formas rerum secundū suum esse formale, sequeretur quòd intellectus dum intelligeret lapidem esset lapis formaliter. consequentia est Auer.in iii.de anima cōmen.38.quę consequentia tenet pro tanto.Nam sicut tenentes intellectum possibilem recipere omnes similitudines rerum materialium habent concedere quod intellectus est omnes res materiales secundū esse spirituale . Ita qui dicunt intellectum recipere materiales secundum esse reale habent ponere intellectum esse omnia realiter & formaliter.Preterea si intellectus reciperet formas rerū secundum suum esse formale sequeretur quòd forma sanitatis in anima medici faceret sanitatis actionē. & sic medicus esset sanus. consequentia est eiusdem Auerro.xii. metha. cōmen.xxiii. ubi expresse habet illam consequentiā:uideas igitur quātum aberras à uia Auer.Ipsi enim imponis opinionem quā ipse. Et præceptor suus Ari.intento dānant Ari.enim postquā in primo de anima posuit opinionem empedoclis qui dicebat animam esse compositā ex quatuor elementis. Et quòd terrā terra cognoscimus.quia cognitio fit per assimilationē cognoscentis ad cognitum.Ideo in tertio de anima in tex.cōmen.38. mouet & soluit istam quæstionē. utrum anima sit omnia secundū esse reale ut ponebāt antiqui, Et dicit quòd anima est quodāmodo omnia & quod lapis non est in anima: Sed species lapidis,opinio igitur ista fuit Antiquorum errantium de ueritate animæ. Et non fuit opinio Auerroys sicut ipse sibi imponit. unde omnia inconuenientia quę consequuntur antiquos sequuntur istā opinionem ut intuenti patet.preterea si intellectus reciperet formas materiales rerum secundum suum esse formale: sequeretur

quòd

quòd intellectus non intelligeret uniuersaliter et abstracte. quia obiectum eius esset quantū & signatum. omnis enim forma materialis est quanta & signata secundum Auerroym. Et ratio est assignata ab ipso in primo capitulo de substantiā orbis. Nam omnis forma materialis recipitur in materia mediātibus quantitatibus interminatis. Et propter hoc est famosa propositio in uia eius quòd omnis forma constituta inesse per subiectum est extensa. & idem habet Auerro. in octauo phisi. cōmē. li. & lii. & expressius in. 77. eiusdem octaui. ubi habet quòd omni formæ existenti in materia accidit diuisibilitas. Et si hoc non esset de intentione Auerr. multe consequentie quas facit commentator in tertio de anima nullæ forēt. Et maxime illa quam facit in cōmen. quinto ubi arguens contraponentes animas intellectiuas esse multiplicatas ad multiplicationē corporū inquit quòd tunc non posset aliquid intelligi sed esset processus in infinitū. quæ consequētia valet presuppositis duobus. primū quòd omne quod intelligitur est abstractum ab apenditiis materiæ. secundum vero est quòd omne quod recipitur in re materiali quanta est materiale & quantum: & ideo si animæ essent multiplicate essent formæ dantes esse materiæ & ex consequēti essent extensæ. tunc species receptæ essent quantæ etiā & extēsę & quantūcunq; fieret abstractio vlterior. quia tamē semper reciperentur in re quanta semper essent quantæ: vnde species sensibiles quæ sunt in medio & quæ recipiūtur in organis tam sensuum interiorū q̄ sensuū exteriorū sunt extensæ ad extensionē subiecti ad intentionem Auerroys, quicquid dicat Albertus de hoc in libro de homine in questione qua querit quid sit obiectū immaginatiue. Rationes enim eius non conuincunt & eas soluerem: si scirem me non ā principali proposito diuertere. Patet igitur consequentia nostra quòd si intellectus reciperet sicut dicit ista opinio quòd intellectus intelligeret signate. Et cum hic & nunc. Nam cū illa eadem forma quæ est extra animā sit in anima cū talis sit signata: signate igitur representat: vnumquodq; enim naturaliter representat se ipsum sicut est. sed dicebat quòd concurrit irradiatio intellectus agentis: & ideo ista forma vniuersaliter representat. Sed ista responsio non potest stare: quia aut intellectus agens per istam irradiationē producit aliquid in istā formam, aut nihil si nihil pro nihilo habeatur. Et si aliquid producit: vel igitur tale productū est substantia vel accidens. non potest dici quòd sit substantia, quia licet Auicenna

B hoc

hoc concederet quòd videlicet ab aliqua separata posit pro duci aliqua forma substantialis immediate ipse enim posuit datorem formarum à quo fluunt omnes formæ substantiales istorum inferiorum existentium sub globo lunæ ut recitat Auer. de eo in septimo metha. in cōmē. 31. &.xii. methaphi. xiii.& 18. comment. Et similiter licet Themistius hoc non haberet pro inconuenienti .(vt recitat commentator etiam de ipso in commen.adductis) ipse posuit formas animalium genitorum per putrefactionem esse ab intelligentia separata. Tamen sequendo fundamenta Auerroys in quibus modo insistimus hoc non est possibile sicut per longum processum ipse probauit in septimo methaphi.commen.xxxi.quòd nulla forma materialis immediate potest procedere ab intelligētia separata: quia omnis talis agit mediante instrumento:quod secundum totum est vniforme:& quoad partes eius est difforme:quod instrumentū est ipsum corpus celeste. & sic saluatur nouitas quæ est in effectibus:hanc eandem sententiam habet ipse in octauo phisic. in commen. 15.ubi ex intento probat quòd à voluntate antiqua non potest immediate aliquod nouum prouenire. Et in.xii.metha.in comment.78. repetit eandem sententiam. & sine dubio credo quòd ista etiam fuerit mens preceptoris sui sicut patet intuenti rationes eius in octauo phisicorum. Et in.xii. methaphisi. (licet in hoc errauerit Aristot.) Ipse enim loquebatur vt experiebatur.vnde secundum Auerro.in septimo metha. commen.xxxi. Omnes animæ dantes esse materiæ educuntur de potentia materię à virtute informatiua existente in spirito genitiua:in his quæ generantur per propagationē. in his vero quæ producuntur per putrefactionē: est aliquid proportionale virtuti informatiue productum ab ipso celo:non sicut dicunt vulgares quòd ista qualitas proportionalis uirtuti īformatiuæ: ita est à celo ꝙ non sit educta de potentia materiæ. immo dico ꝙ pro tanto ista qualitas dicitur à celo produci quia educitur de potentia materiæ non virtute actionis quatuor elementorum: nec mediante calore elementari:sed mediante calore celesti vt habet ipse in.xii.meth.in com.xviii. Et rō quā ibi assignat Auer. super hoc: & ante ipsum Arist. in secundo de generatione animalium capitulo tertio. est quia calor celestis habet virtutē generandi animalia.sed calor ignis corrumpit animalia.& sic qualitas ista proportionalis virtute informatiue dicitur qualitas à celo producta quia insequitur virtutē caloris celestis ad hoc ꝙ educatur

educatur de potentia materiæ. Et sic etiam intelligitur dictum cõmentatoris in tertio de cõmento sexto vbi habet ꝙ anima sensitiua non est virtus attributa complexioni id est non insequitur virtutes quatuor elementorum à quibus causatur complexio.in commento.n.quinto inuehit contra Alexandrũ qui vniuersaliter dixit quòd omnis forma materialis siue sit forma animati siue sit forma mixti inanimati insequitur refractionẽ quatuor qualitatum primarum.dicit enim contra Alexandrũ. Et magis remotum de opinione Alexandri est hoc quod dixit, ꝙ primæ preparationes ad intellecta,& ad alias postremas perfectiones de anima:sunt res perfectę à complexione: non virtutes factæ a motore extrinseco vt est famosum ex opinione Aristotelis.unde breuiter opinio commentatoris est quòd formæ animatorum dantes esse materiæ sunt deductæ de potentia materiæ non uirtute caloris ignei.sed virtute caloris celestis. Concurrente tamen ipsa virtute ipsius intelligentiæ.Nam virtus informatiua existens in semine vel proportionale ei. agunt pro vt sunt rememorata ab intelligentia non errante vt habet ipse in.xii.methaphi.in commento.xviii.& in septimo metha. commen.xxxi.Et ex hoc soluitur apparens contradictio quæ est in dictis Auerroys.Nam in septimo metaphi.accusat Auicennam qui vniuersaliter dixit quòd oẽs formæ substantiales sunt à datore formarum.Et reprehendit ibi ẽt Themistiũ qui dixit quòd formæ animaliũ genitorum per putrefactionem sunt ab intelligentia separata. vt patet ibi in.xxxi. illius septimi metaphi. Et in.13.&.18.cõmen.12.metaphi.in commen. autem quinto tertii de anima accusat Alexandrum qui opinatus est omnem animam dantem esse materiæ insequi refractionẽ quatuor elementorum. immo dicit Auerro. quòd tales sunt ab intelligentia separata vt est famosum in via Arist.sed ista contradictio soluitur sic.Nã opinio Auic.& Them.est in vno extremo, Et opinio Alexandri est in alio extremo. Et via Auerro.est media:vnde in aliquo discrepat ab vtrisque. & in aliquo conuenit cum vtrisque. Nã Auic. opinatus est quòd oẽs formæ substãtiales sunt totaliter ab intelligẽtia illa separata quã datorẽ formarũ appellauit. Et similiter ẽt Themist.opinatus est ꝙ aĩe aĩalium genitorum ꝑ putrefactionẽ sunt ex toto a motore extrinseco: & nõ sunt eductæ de potentia materiæ.Auerroys ãt in septimo metaphi. cõ. 31.inuehit cõtra eos dicens quòd si ita esset sicut Auic & Them. dicunt tũc generatio esset nõ materia.Ale. ãt erat in alio extremo.

mo. Dixit enim quòd omnes formæ mixtorum tam animatorũ quàm inanimatorum ex toto inſequuntur actionem quatuor qualitatũ primarum (vt ſibi imponit cõmentator in tertio de anima in cõmen. quinto:) Et cõmentator inuehit cõtra ipſum quia inquit ipſe impoſſibile eſt quòd virtus cognoſcitiua ſicuti eſt anima ſenſitiua preciſe inſequatur actionem qualitatũ primarũ non concurrente extrinſeco motore. Inquit enim ſic. Iſta enim opinio in virtutibus animæ cõprehenſiuis, ſi eſt ſecũdum quòd nos intellexerimus: eſt falſa: a ſubſtantia enim elementorum, & a natura eorum non poteſt fieri virtus diſtinguens aut cognoſcitiua. quoniam ſi eſſet poſſibile vt à natura eorum, & ſine extrinſeco motore fierent tales virtutes: tunc eſſet poſſibile vt poſtrema perfectio quæ eſt intellecta eſſet aliquod factum a ſubſtantia eorũ vt color & ſapor fiunt. & parum infra dicit. Et iſta opinio. ſ. Alex. eſt ſimilis opinioni negãtium cauſas agẽtes: & non concedentiũ niſi cauſas materiales tantũ. Et ſunt illi qui dicunt caſum tantũ. Ex quibus verbis clare patet quòd ſentẽtia Alex. fuit quòd formæ animatorũ inſequũtur refractionem elementorum tantum & non virtutem motoris extrinſeci. Sed Auerro. ſententia eſt quòd omnes formæ dantes eſſe materiæ. ſiue ſint formæ mixtorũ animatorum ſiue ſint formæ mixtorũ inanimatorũ ſunt eductæ de potentia materiæ. & in hoc diſſentit ab Auic. qui dixit oppoſitũ huius: & diſſentit etiã à Themiſt. quantũ ad formas animaliũ genitorũ per putrefactionem: & Tenet Auerro. quòd licet formæ animatorũ ſint eductæ de Potentia materiæ uirtute actionis qualitatũ primarũ, ſed inſequũtur actionem motoris extrinſeci. ſ. intelligentiæ ſeparatæ. Et in hoc diſſentit cõmentator ab Alexandro. & ego multũ delectatus ſum in hac ſolutione. Ecce igitur (ut redeamus vnde diuertimus) quòd intellectus agens non poteſt producere aliquam formã ſubſtantialẽ, quia aut talis eſſet ĩmaterialis aut materialis, ſi primũ iſta eſſet intelligentia quod nullus diceret: quòd intellectus agens producit in formã materialẽ exiſtẽtẽ in intellectum poſſibilẽ aliquã intelligentiam: ad hoc quòd illa forma materialis poſſit mouere intellectũ ad intellectionẽ. Nec poteſt dici ſecundũ quòd producit aliquã formã materialẽ, quia omnis talis educitur de potentia materiæ concurrente calore celeſti ut inſtrumento ipſius intelligentiæ mouentis celum. Iſta autẽ non competunt intellectui agenti ut vnicuiq; patet. præterea ſi iſta forma materialis producitur ab intellectu agẽte in

intellectum

intellectum poſſibilẽ ſequeretur quòd eadẽ forma numero poſſet produci a diuerſis agentibus:diuerſis pluſquã genere. Cum oppoſitũ habet commentator in octauo phiſicorum. in cõ.46. Et probatur ſequela. nã forma aſini ſubſtantialis ſecundũ rem recipitur in intellectu poſſibili ratione intellectus agentis ſecũdũ ſuum eſſe formale. Et iſta eadẽ forma eſt producta a virtute informatiua exiſtente in ſemine. iſta autẽ ſunt duo agentia in nullo vniuoce conuenientia ſecundũ Auer. quare &c.Sed dicebat quòd eſt ſecundũ diuerſos modos eſſendi. Nã forma prout educitur de potẽtia materiæ ab ipſa virtute informatiua habet eſſe ſignatũ in materia.Sed ipſa eadem forma ſecundũ ſuum eſſe formale prout ducitur ab intellectu agente in intellectu poſſibili habet eſſe uniuerſale & abſtractum.Sed contra.iſta ratio nõ poteſt ſtare in via Auer. quòd ſit aliqua forma materialis & talis remanente ſuo eſſe formali materiali ſit vniueſalis & abſtracta.quia ſic eſſet ſignata & non ſignata.vniuerſalis & non vniuerſalis: ſimul & ſemel omnis enim forma materialis ſecundũ ſuũ eſſe formale eſt quanta & ſignata ſecundũ Auer.ut ſupra demõſtraui ex intentione eius. Si vero dicas quòd intellectus agens producit quoddam accidens ſpirituale in ipſam formã materialem merito cuius forma ipſa poteſt mouere intellectum.Cõtra quia omne quod recipitur in aliquo recipitur per modũ recipientis. Et cum tale accidens per ſe recipiatur in ipſam formã habens eſſe formale reale.,Cum talis forma materialis ſecundũ ſuum eſſe formale recipiat ſignate. Cum ipſa ſit ſignata tale accidens ſignate recipietur in ipſa forma. Et ex conſequenti ſemper ſignate repreſentabit talis forma quantuncunque ſit diſpoſita per tale accidens quòd ſi dicas quòd tale accidens productum ab intellectu agente recipitur in intellectu poſſibili & nõ recipitur in ipſo obiecto motiuo intellectus. Contra igitur intellectus poſſibilis eſt actu ante intelligere quia prius natura recipitur tale accidens quã intelligere. Cuius oppoſitum iſti habent pro impoſſibili argumentum ualet ad hominem,prætereа eſto quòd tale accidens recipitur in intellectu poſſibili propter hoc non tollitur. quoniam ipſa forma quæ recipitur in intellectu poſſibili ſecundum eſſe reale non repreſentet ſignate quia cum nulla actio ſit facta ab intellectu agente iſtam formã. Sed ſolum in intellectu poſsibili.ſemper iſta forma offeret ſe intellectui ſecundum eſſe ſignatum.quia omne agens naturale naturaliter repreſentans repreſentat ſe ipſum ſicuti eſt & ſecundũ modum

dum

dum essendi secundum quē est in natura: non concurrente aliquo agēte extrinseco aliquid causante & operāte circa ipsum: præterea quicquid fit illud quod causatur ab intellectu agente. sequitur contra opinionē istius quòd aliqd nouum secundum Auer. immediate prouenit à deo, quia ipse tenet ad intentionē Auer. quòd ītellectus agēs est deus. qd ego reputo falsissimum. Et sic ab agente antiquo proueniret noua actio. Cuius opposi tum clamat Auer. in. 8. phi. & in. 12. metha. & vbiq;. Et in verita te opinio istius hoīs adeo est erronea. vt me pudeat amplius ar guere cōtra ipsum. Ipse. n. ignorat adhuc quomō forma materialis generatur. Itē habet fateri quòd formæ materiales secun dum suum esse formale accipiātur in sensibus īteriōribus. quia non est maior rō quare in intellectu possibili materiales formæ sint secundum esse formale & non in ipsa cogitatiua & imaginatiua. Quantum autē ista sint inconuenientia non solum sapientibus, sed etiam uulgaribus sunt nouissima. vnde licet mihi dicere de isto homine, quod dixit cōmentator de Auic. in tertio celi in commen. 67. quòd uidelicet paruitas exercitationis ipsius viri in naturalibus. Et bona confidentia in proprio ingenio deduxit ipsum ad maximos errores.

Ad rōnes autem sophisticas istius hominis facile est respon dere. Quando enim ipse arguit: ꝙ si intellectus possibilis non reciperet formas materiales secundum suum esse formale. Sed species earū nō cōcluderet demōstratio philosophi in tex. cō. quarti tertio de aīa. quòd ītellectus possibilis scd͞m essentiā sit denudatus à materialitate. Nego hoc, īmo dico quòd ex hoc ꝙ intellectus possibilis recipit oēs species intelligibiles rerum materialiū. cōcluditur ex hoc ꝙ intellectus possibilis sit abstractus à materia. Nā demōstratio illa vt habet ibi Auer. in cōmē. quarto fundatur sup duas ꝓpositiones, quarū vna est ꝙ oē recipiēs esse denudatum a natura recepti. Secūda āt propositio est: ꝙ intellectus possibilis recipit oēs formas materiales. mō cum non sit maior rō de vna quā de alia. Si intellectus possibilis esset forma materialis. Tunc igitur reciperet species sui ipsius. Et tunc idē esset mouēs & motum. Et idē esset recipiēs & receptū idē esset in actu & in potētia. quod est impossibile: vt habet ibi Auer. in com. Et ex illo loco apparet cōtra ignorantiā moder norum quorundam: qui dicunt ꝙ secundum Auer. Idem nō po test esse agens & patiēs in actione reali sed in actione spirituali potest idē esse agens. & patiēs mouēs & motum. Ecce quomō

ipsi

ipſi deſtruunt demõſtrationẽ illã ſecundum expoſitionẽ Auer. patet.n.vnicuiq; ꝙ receptio intellectus poſsibilis eſt ſcd'm ſpiri tuale eſſe. Auctoritates ãt Auer.q̃ videntur ſonare ꝙ intellectus poſsibilis recipit formas rerum materialium. Dico ꝙ per formas cõmentator intelligit ſpecies: cuius ſignum eſt ꝙ Arabes appellãt formã illud quod nos dicimus ſpeciẽ. vt patet in tex. com.ſexti tertio de aĩa.ubi litera noſtra habet ĩtellectus eſt locus ſpecierum, litera trãſlationis arabice habet ĩtellectus eſt locur formarum.Similiter infra in tex.com. 38. vbi litera noſtra habet.lapis nõ eſt ĩ aĩa ſed ſpẽs.litera trãſlationis arabice habet: lapis non eſt in aĩa ſed forma.Similiter in tertio textu eiuſdem tertii de aĩa:vbi litera noſtra habet:ſuſceptiuum ãt ſpeciei:litera arabica habet ſed recipit formã.& ſimiliter cõmẽtator ſpẽs ſenſibiles rerum appellat formas.ſicut patet intuenti ipſum in libro de ſenſu & ſenſato. Et in libro de memoria & reminiſcen tia.Et in ſecundo de aĩa.Ecce igitur pauper hõ quãtum oſtẽdis te eſſe parum exercitatum in doctrina Auer. cum adhuc ignores unum terminum unicuiq; ĩcipiẽti philoſophari notiſsimũ.

Alia eſt opinio quorundã modernorum Auerroiſtarum qui tenent non dari ſpẽs intelligibiles ad mentẽ Auer.Et iſti imaginantur ꝙ intellectio nihil aliud ſit ſecundum rẽ niſi forma. Et quiditas intellecta vel comprehenſa verbi gratia quiditas lapidis:& eſt res intellecta:& eſt ipſa intellectio.ut.n.eſt abſtracta à materia.& conditionibus illius dicitur quiditas: vt vero eſt recepta in intellectu non ſubiectiue.ſed obiectiue: & perfectiue dicitur intellectio. Fundamentum autem iſtius opinionis eſt auctoritas commentatoris in libro deſtructionum diſputatione tertia in ſolutione dubii. 18. ibi enim habet Auerroys hæc verba quòd quęlibet forma habet eſſe duobus modis:uidelicet eſſe intelligibile: quando comprehẽditur ſeparatum à materia ab intellectu.& eſſe ſenſibile.videlicet id quod habet accidentaliter de materia.verbi gratia lapis ſine dubio habet formã materialem extra animam.& aliam formam quæ eſt intellectio & comprehenſio facta in anima prout aĩa rationalis capit eam ſeparatã.Ex quibus verbis apparet ꝙ cõmentator non dixit ꝙ habet aliam formam quæ eſt ſpecies intelligibilis. ſed dixit ꝙ habet aliam formam quæ eſt intellectio & comprehenſio facta in anima Et propter hoc iſta opinio tenet ad mentem Auer.ꝙ intellectus poſsibilis non recipit ſpecies intelligibiles ſed recipit quiditates rerum nõ ſubiectiue ſed obiectiue. vnde quiditates

rerum

rerum abstractæ à materia per intellectum agentem obiectiue recipiuntur in intellectu possibili.

Sed licet ista opinio fuerit doctoris solennis Henrici de gan dauo. Et sit ista opinio quorundam Auerroystarū Neapolitano rū: qui licet sint amici nostri tamē quia ut habet philosophus & cōmentator in primo celi in textu cōmenti centesimi primi di sputatio dicitur esse remota ab odio & amicitia. Et quia duobus existentibus amicis sanctum est præhonorare veritatem ex primo ethicorū. Quia ista opinio non est Auerroys. ideo arguā contra ipsam ex fundamētis Auer. & primo sic. si intellectus pos sibilis reciperet solum obiectiue & non subiectiue. Sequeretur quòd demonstratio philosophi in tertio de anima in tex. com. quarti. secundū expositionē cōmentatoris esset in quatuor terminis. consequens est falsum ergo &c. Probatur autem sequale quia secundum cōmentatorē illa demonstratio fundatur super duas propositiones: quarum prima est: quòd omne recipiens di citur esse denudatū à natura recepti. Secunda autē propositio est: quòd iste intellectus recipit omnes formas: prima autē propositio patet quòd non habet veritatē nisi de recipiente subiectiue & non de recipiente obiectiue solum. Nā certum est quòd intellectus possibilis recipit seipsum obiectiue. Et tamē non est denudatus à seipso. Et ita illa propositio habet ueritatē de recipiente subiectiue quod patet ex probatione Auerroys ibi: vbi ipse probat illā propositionē inductiue de sensu visus & de sensu auditus. inquit enim quòd sensus recipiens colorē caret colore: & sensus recipiens sonum caret sono. patet autē quòd tales sensus recipiunt species sensibiles subiectiue & non solum obiectiue. Illa igitur propositio habet locum de recipiente subiectiue: quod etiā patet per Albertū ibidē. dicit enim quòd illa propositio omne recipiens dicitur esse denudatū à natura recepti: in potentiis receptiuis est necessaria. sicut est in materia in omnibus & potentiis sensuū: patet autē quòd materia & sensus recipiunt subiectiue. si igitur maior ista intelligitur de recipiente subiectiue. Et minor quæ est quòd intellectus possibilis recipit omnes formas habet ueritatē de receptione obiectiua. Tunc clare patet quòd argumētū Philosophi est in quatuor terminis.

Secundo principaliter arguitur si intellectus possibilis nō reciperet species itelligibiles: sequeretur quòd essentia intellectus agentis esset ociosa in natura. consequens est cōtra philosophū in tertio de anima in tex. cōmē. 17. vbi probat quòd necessario

est

est ponendus intellectus agens probatur autem sequela quia si non darentur species intelligibiles. tunc nulla esset realis actio intellectus agentes. & per consequens intellectus agens frustra ponitur. patet cõsequentia. Nam vt habet commentator in. ix. metha. in tex. commẽ. 7. quando entia non habent actiones proprias non habent essentias proprias patet autem consequentia. quia si aliqua est realis actio intellectus agentis maxime est productio ipsarum: specierum intelligibiliũ sed ista per te non datur ergo &c. Forte dices ꝙ actio intellectus agentis est illustrare phantasmata. Sed contra quero à te quid sit ista illustratio vel est substantia vel accidens non primum vt supra probaui cõtra primam opinionem: nec secundũ. quia tunc cum ista illustratio quæ est accidens recipiatur in phantasmate: signate reciperetur sequela autẽ supra à me declarata fuit. Forte dices ꝙ actio realis intellectus agentis est causare actum intelligẽdi in intellectu possibili. sed hoc non potest stare. Nã primus terminus actionis realis intellectus agentis: secundũ Auerro. est vniuersale in actu vt patet in com. quinto. & in com. 18. tertio de aĩa vbi habet ꝙ intellectus agens de potentia intellectu facit actu intellecta. Cũ igitur ita sit ꝙ vniuersale in actu est primus terminus actionis realis intellectus agentis: Tale autem natura precedit actum intelligendi, sicut causa natura precedit causatũ. Et ex consequẽti non potes dicere ꝙ prima actio intellectus agentis sit producere actum intelligendi in intellectu possibili.

Tertio principaliter arguitur: si intellectus possibilis recipit quiditates abstractas à materia obiectiue solum. Quero à te. vbi sunt subiectiue iste quiditates abstractæ per intellectũ agẽtẽ: vel sunt in intellectu possibili vel in intellectu agente: vel hi sunt in cogitatiua: vel in phantasmate existente in cogitatiua: vel nulli bi sunt. Non potest dari per te primum: quia tu negas intellectum possibilem aliquid recipere subiectiue. Nec secundum quia intellectus agens est pura actio teste Auerro. in. iii. de anima in comment. xix. & nihil recipit. nec tertium quia omne subiectiue receptum in quanto & extenso est quantum & extensum secundum Auerro. Et ita si istæ quiditates abstractæ per intellectum agentem essent subiectiue in cogitatiua essent quante & signate. & sic simul essent abstractæ & non abstractæ signate & non signate. preterea sequeretur ꝙ aliquid impossibile recipi in aliquo: reciperetur in eo. præterea sequeretur quod aliquod naturaliter represẽtans secundum vltimũ virtutis suę si-

mul & semel repræsentare, & eandē naturā sub rōnibus opposi-
tis:quod est impossibile.patet consequentia nā quiditas relucēs
in phantasmate existente in cogitatiua repræsentaret ipsi cogi
tatiuæ ipsam naturam signare.& eadē repræsentaret intellectui
possibili vniuersaliter.hoc āt est impossibile quia idē manēs idē
non pōt rēpsentare idē simul sub rōnibus oppositis. forte dices
ꝙ hoc est respectu diuersorū.Nā scdm se signate rēpsentat.Tū rō
ne ītellectus agētis rēpsentat vniuersaliter: quia intellectus agēs
est qui facit vniuersalitatē in rebus:vt patet primo de aīa cō. 8.
Sed cōtra.Arguo vt prius q̄d ꝓducit ipse intellectus agēs in ip-
sum phātasma:vel aliquid vel nihil & si aliq̄d: vel illud erit substā-
tia:vel accidēs Et arguat vt supra argutū est.Nec pōt dici quar-
tū quòd tales quiditates abstractæ subiectiue sunt in phātasma-
te. Quia hoc cōmentator ex intento destruxit contra Auempa
cem in cōmento quinto.& in cōmento trigesimo tertii de aīa.
Auēpace.n.posuit quòd intentiones imaginatę subiectiue reci-
piūt quiditates abstractas à materia per intellectū agentē. Dicit
enim in cōmento quinto tertio de aīa cōmentator loquēs de
intētionibus imaginatis sic. Et hoc subiectū in intellectu quod
est motor illis quoquo modo est illud quod reputauit Auēpace
esse recipiens:quia inuenit ipsum quandoq; intellectū in poten-
tia:& quandoque intellectū in actu. Et ista est dispositio subie-
cti recipientis:& existimauit conuersionē: & eandē sententiā ha
bet cōmentator in tertio de anima in cōmento tertio.licet Al-
bertus Magnus tractatu secūdo capitulo sexto in tertio de aīa.
Recitans opinionē Abubacher. & Auempace dicat quòd secun
dum istos:quiditates istæ abstractæ nullibi sunt subiectiue: sed
sunt vbique.& semper.Sed ista expositio aduersatur Auer.in lo
cis præallegatis sicut uides. Nec potest dari quòd istę quidita-
tes sint nullibi.quia quero de istis quiditatibus: aut istę quidita
tes sunt substantia aut accidens. & si substantia aut igitur sunt
subiectæ imateriales:aut sunt subiectę materiales: nō potest da-
ri primū quia omnis substātia immaterialis totaliter à materia
separata est intelligens & intellectū & est vna intelligentia.vt pa
tet ab Auer.in primo capitulo de substātia orbis: & in tertio de
aīa in infinitis locis. Si secūdū:aut igitur materia aut forma aut
cōpositū.Et quicquid istorū detur. Patet quòd vnūquodq; ali-
cubi est.quia omne tale est cū quantitatibus interminatis. Et in
certa differentia temporis secundum Auer.

Si uero dicas quòd istæ quiditates abstractæ sunt accidentia
habeo

habeo intentū ꝙ videlicet erūt subiectiue in aliquo loco quia naturaliter loquendo nullū accidēs potest per se subsistere. Intellectus.n.teste philosopho in primo phisi. querens separationē accidentis à subiecto.est querens impossibilia. Forte dices ꝙ tales quiditates abstractæ sunt vbique. Et semper quia vniuersale est vbique & semper:sed hoc nihil ad rem quia si vniuersale dicit esse vbique & semper hoc non intelligitur: nisi quantum ad suum modum significandi. videlicet quia suum significatū non cōcernit aliquam differentiam temporis vel loci. Sed significat vniuersaliter & abstractæ.Et ꝓpter hoc non tollunt quin ipsum vniuersale reluceat in aliquo representatiuo:quod subiectiue sit in intellectu possibili. Alias rationes probantes dari species intelligibiles require à subtilissimo Scoto in primo sententiarū distinctione.iii.q.vi. Et in septimo meth.q. 18. Descendamus autem modo in spirituali ostendendo quòd ista opinio sit contra Auer.& arguo sic.si intellectus possibilis secundum Auer.nō recipit aliquid subiectiue.sequitur quòd Auer. non potest ponere differentiam inter aliquem qui est in potentia essentiali ad sciētiam. & inter aliquem qui est in potentia accidentali ad scientiam.consequens est contra philosophum & commentatorē in octauo phi.in tex.commen.32.ergo illud ex quo sequitur.probatur autem sequela nam ex quo tu ponis quòd intellectus possibilis non recipit subiectiue species non uidetur aliqua differētia inter intellectum prout est in potētia essentiali: & prout est in potentia accidentali vt patet vnicuique in intelligenti quid nominis potentiæ essentialis & potentiæ accidentalis. Forte dices quòd aliquis est in potentia accidentali propter habitū generatum in cogitatiua.& quia phantasmata ordinate occurrūt. sed contra.habitus non inclinat nisi potentiam in qua est subiectiue. Cum igitur iste habitus non sit in intellectu subiectiue sequitur quòd intellectus non inclinabitur ad speculandum à tali habitu existente in cogitatiuæ. præterea & fortius sciētia quam habet intellectus possibilis prout est nobis applicatur aut est substantia aut est accidens non potest dari quòd sit substantia quia unicuique patet quòd scientia ponitur in prima specie qualitatis. præterea si scientia ista esset substantia tunc demonstratio philosophi in vii.phisi.in tex.comment.20.vbi probat quòd ad partem intellectiuam non est per se motus quia ad primam speciem qualitatis non est per se motus nulla esset. Nam scientia ipsa per se non est qualitas sed substātia. Si vero dicas quòd

ſciētia iſta ſit accidēs. Tūc erit alicubi ſubiectiue. Cuilibet.n. ac cidēti eſt propriū ſubiectū aſsignare naturaliter loquēdo. Et tūc aut igitur ſciētia ſubiectiue eſt in intellectu poſsibili aut ſubiectiue eſt in ipſa cogitatiua. Si primū habeo cōtra te ꝙ intellectus aliquid recipit ſubiectiue. Non āt pōt dari ſecundū quia ſcientia eſt habitus vniuerſalis conſiſtens in indiuiſibili. vt patet vii. phiſi. tex. cō. xx. Habitus āt indiuiſibilis nō poteſt ſubiectiue recipi in cogitatiua. quia tunc haberet partibilitatē. & tunc ēt ſequeretur ꝙ aliquod impoſſibile recipi in aliquo reciperetur in eodē præterea ſi intellectus poſsibilis non recipit ſpecies intelligibiles ſubiectiue. tūc conſequentia quā facit Ariſto. & cōmentator in. iii. de aīa in tex. cō. ii. Laborat in equiuoco: vbi habet ꝙ ſi intelligere eſt ſicut ſentire aut pati aliquid vtiq; erit ab intelligibili aut aliquid habēti alterū. probo āt ſequelā nā ſenſus recipit ſubiectiue. Intellectus āt per te non recipit ſubiectiue: ſed ſolū obiectiue. igitur cōparatio philoſophi eſt ī equiuoco præterea cōmentator exponit illū tex de recipiēte ſubiectiue & nō obiectiue. Dicit.n. dicamus igit ꝙ ſi poſuerimus, ꝙ formare p intellectū eſt ſicut ſentire. i. ex virtutibus paſsiuis adeo ꝙ prima virtus intellectiua recipiat intellecta: & cōprehēdat ea: quēadmodū virtus ſentiens recipit ſenſibilia: & cōprehēdit ea. patet āt ꝙ ſenſus ſubiectiue recipit ſpecies: igitur & intellectus, quia in nullo alio eſſet cōparatio inter ſenſum & intellectū vlterius in tex. cō. iii. Ariſt. & cōmentator expreſſe fatentur ſpecies ītelligibiles habet.n. philoſophus in tex. impaſſibile āt, oportet eſſe: ſuſceptiuū āt ſpeciei. Et potentia hmōi, ſed non hoc. Et ſimiliter ſe habere. ſicut ſenſitiuū ad ſenſibilia: ſic intellectiuū ad intelligibilia vbi iterū fit cōparatio inter ſenſum & intellectū quantū ad receptionē ſpecierū: vt clare patet in tex. & cōmetator in cō. habet ꝙ intellectus nō habet de intentione paſsionis niſi hoc tantū quia recipit formā quā cōprehendit. Et quia eſt in potentia ad illud quod cōprehendit: ſicut ſentiens. Non quia eſt aliquid hoc in actu corpus aut virtus in corpore. Ex quibus verbis patet ꝙ in ſenſu duo cōcurrunt. primū quia ſenſus eſt potētia paſſiua recipiens formas ſenſibiles. ſecundū vero eſt ꝙ ſenſus eſt virtus in corpore. Intellectus āt cōuenit cū ſenſu quantū ad primā conditionē: quia videlicet recipit formas. i. ſpecies intelligibiles. & nō conuenit quantū ad ſecundā conditionē: quia intellectus nec eſt corpus nec virtus in corpore. Similiter commentator in cō. iiii. habet ꝙ intellectus poſsibilis recipit oēs formas

mas materiales.i. species intelligibiles rerũ materialiũ. vlterius ordinatim procedendo.cõmentator in cõ. v. cõparat materiã primã:& intellectũ possibilẽ:ponendo differentiã inter ipsa. Et dicit ꝙ materia prima est in potentia oẽs formæ sensibiles. Sed intellectus est in potentia oẽs intentiones formarũ vniuersaliũ & dicit ꝙ prima materia non est cognoscens neq; distinguens. Et subdit ꝙ causa istius est: quia materia recipit formas diuersas & istas. Intellectus ãt recipit formas vniuersales.patet aũt ꝙ rõ materiæ recipiẽtis est rõ subiectiue recipiẽtis:& nõ obiectiue:quia relinquit ꝙ intellectus possibilis subiectiue recipiat. Et differẽtia iter materia est quia illa signate:itellectus ãt vniuersaliter recipit. Si igitur differẽtia ponitur iter itellectũ & materiã penes signate & vniuersaliter recipere solũ:tunc vtraq; cõuenit q̃tũ ad subiectiue recipere differẽtia.n.in aliquo cõueniũt:& in aliquo differũt:vt patet.v.&.ix.meth.mõ discurrẽti p oẽs cõditiones materiæ: patet ꝙ in nullo cõueniet intellectus possibilis cũ materia:nisi quãtũ ad subiectiue recipere. Et pp hoc intellectus possibilis:dicitur ab Aue.materia intelligibiliũ Recipit.n. subiectiue oĩa intelligibilia: sicut materia recipit formas sensibiles subiectiue. Præterea vanũ esset dicere ad mentẽ Auer. itellectũ possibilẽ nõ recipere subiectiue sed obiectiue. Nã Auer. in finities dicit ꝙ i doctrina demõstratiua nõ debemus vti verbis equocis & metaphoris:vt patet in cõ.v.& in cõ.xx tertio huius. patet ãt ꝙ ꝓprie loquẽdo illud dicitur vere recipere qđ subiectiue recipit:& non illud qđ recipit obiectiue.recipere.n. obiectiue potius & rectius dicitur respicere obiectũ: quã recipere illud. Et ideo cum cõmẽtator ifinities dicat itellectum possibilẽ recipere:nõ est verisimile ꝙ tãtus philosophus sp metaphorice fuerit loquutus. ꝑterea Auer i cõ.v.ex intẽto dãnat Themist. & Theophra.q negauerunt spẽs itelligibiles. Duo.n.dicebãt:in q̃bus discrepat Auer. ab ipsis.primum fuit ꝙ intellectus possibilis nõ recipit.scđm vero fuit ꝙ intellectus speculatiuus est æternus vnde breuiter opinio Theophra.& Themi. (Sicut imponit eis cõmentator in cõ.v Et Magnus Albertus in.iii. de aĩa tractatu secundo capitulo iii.) Fuit ista:ipsi.n.moti ex verbis Arist.& ex demonstratione eius in tex.cõ.iiii.dixerunt intellectum possibilẽ esse æternum vlterius moti ex demonstratione Aristotel. in tertio de anima in tex.cõ.xvii.posuerunt intellectum agentẽ esse æternum: qđ extraheret intellectum possibilẽ de potentia ad actum. Et quia actio intellectus agentis est extrahere intellectum

ctum poſsibilem de potentia ad actum. Ideo dixerunt quòd intellectus poſsibilis ſic actuatus dicitur ītellectus ſpeculatiuus: quòd cōponitur ſecundū ipſos ex intellectu agente & ex intellectu poſsibili. Et quia cauſæ eius ſunt æternæ: ideo dixerunt quòd factum ex eis ſcilicet intellectus ſpeculatiuus ſit æternus: & quia opinionem iſtam videbatur ſequi quodam inconueniēs: quia dicimus intellectum agentem agere: & intellectum ſpeculatiuum eſſe factum: & quia agere & factum: non inueniuntur in rebus æternis: propter hoc iſti dixerunt quòd in anima intellectiua non eſt vera actio neque vera paſsio. Sed ſolum iſta ſunt ſecundum ſimilitudinem. Et ſic dixerunt quòd intellectus poſsibilis non vere recipit: ſed ſolum ſecundum ſimilitudinē dicitur recipere. Ipſi enim negauerunt ſpecies intelligibiles vt recitat cōmentator in commen.v. Et expreſſe dominus Albertus loco præallegato:& imaginati ſunt iſti,(vt habet Auerroys in.iii.huius in commen.xx.) quòd intellectus agens & intellectus poſsibilis & intellectus ſpeculatiuus ſunt idem ſubiecto. Et idem ſecundum diuerſas conſiderationes dicitur agens:& patiēs:& ſpeculatiuus. Habet enim hæc verba ibi commentator: ſecundum igitur hanc opinionem agens:& patiens:& factum: ſunt idē. Et eſt dictum ab iſtis tribus diſpoſitionibus: per diuerſitatem quæ accidit ei. Et ſimiliter iſti dixerunt:quòd intellectio fit hoc modo: inquantum videlicet intellectus agens irradiat phātaſmata: Et ſic iſti omnem nouitatem reducebant ad ipſa phantaſmata: iſta fuit breuiter opinio iſtorum. Commentator autem in cōmen.v. Arguit contra primum dictum eorum: in quo dixerunt quòd intellectus poſſibilis non vere recipit: ſed ſolum ſecundū ſimilitudinem.d.enim. Et ſuper hoc ſunt quæſtiones nō paucæ: quarum prima eſt quòd hæc poſitio contradixit huic quod dixit Ariſto.ſ.quòd proportio intellecti in actu ad intellectū materialem: eſt ſicut proportio ſenſati ad ſentiens. & contradicit veritati in ſe. vbi patet quòd commentator damnat opinionē Themiſtii & Theofraſti propterea quia talis opinio contradicit tum verbis Ariſto. tum etiam contradicit veritati in ſe: uerbis quidem: quia Ariſtotel. in text.comment.tertii dixit: quòd ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia: ita intellectus ad intelligibilia, & ſicut ſenſus vere recipit ſpecies: ita intellectus vere recipit ſpecies: Cuius oppoſitum dixerunt Theophraſtus & Themiſtius. Eandem ſententiam habet Magnus Albertus: qui expoſuit illam diſgreſsionem Auerroys: dum enim recitat opinionē Themiſtii

mistii & Theophrasti in tractatu secuudo cap. v. habet ista verba. Et si vellemus recedere a dictis Arist.non esset ista via abiciēda. Nunc autem quia expresse dicit Arist quòd sicut sensitiuū se habet ad sensibile:sic intellectiuū ad intelligibile:sicut diximus, non videtur hæc opinio cum verbis Arist.consonare. Ecce igitur auctoritate Auerroys & Alberti magni quòd omnes negantes species intelligibiles sicut negauerunt Theophrastus & Themistius:contradicunt verbis Aristo. & contradicunt veritati in se. Quomodo igitur isti moderni Auerroyste imponunt Auerroy istam opinionem:quam ipse ex proposito detestauit. Forte dices quòd commentator ibi est in parte argumentatiua:& nō assertiue arguit contra ipsos,sed dubitatiue. quia cōmētator ibi mouet quatuor quæstiones, & ideo tu dices quòd commentator assentit eis in hoc videlicet quòd intellectus possibilis nō vere recipit:sed solū secundū similitudinē:sed cōtra ista respōsio nō potest stare. quia tūc Auer. in parte illa in qua soluit q̄stiones propositas:soluisset argumentum illud: quomodo videlicet illa opinio non contradicit verbis Arist.& veritati in se,quæ negat intellectum vere recipere,quia eque bene procederet arg.contra Auer. sicut procedit contra Themi. si commentator fuisset illius opinionis. Nunc autem commentator dimittit illud argumentum in solutum. preterea contra eandem rationē instatur. Nam commentator in solutione prime questionis,declarat illa verba Aristo.in tex.commē.tertii.quòd sicut se habet sensitiuū ad sensibilia:sic intellectiuum ad intelligibilia. ibi cōmētator assertiue exponit quòd intellectus possibilis vere recipit, dicit enim quòd sicut in sensatione sunt duo subiecta, ita etiam est in intellectione:vnum per quod est vnum entiū,& aliud per quod est verum. quod dictum non debet intelligi secundum mentem Auerr. sicut ei ascribit beatus doctor in questionibus disputatis de anima:in.q.iii.& in prima parte summæ.q lxxvi.arg. primo. Sed salua reuerentia tanti doctoris mihi videtur quòd melius exposuit illud dictum Ioannes de gandauo in tertio de anima. q v.sicut patet. Et postea commentator subdit quòd nulla differentia est inter sensum & intellectum nisi quia subiectū sensus.i. obiectum per quod sensus est verus est extra animam. subiectū autem per quod intellectus est verus est intra animam. i. obiectum intellectus recipitur in anima. Ex quibus verbis patet sententiā commentatoris fuisse intellectum possibilē vere recipere species:cum dicat quòd sicut sensus recipit ita & intellectus recipit.

recipit. Cõfirmatur nã infra in commento secundo illius tertii de anima. Narrat opinionem Themistii & Platonis & etiam opinionem suam. Et dicit ꝙ Themi. opinatus est, idem esse realiter intellectum possibilem,& intellectum agentem,& intellectum speculatiuũ,& ꝙ ista non inueniuntur in anima intellectiua nisi secundum similitudinem, postea vero commentator subdit documẽtum: quomodo opinio sua discrepat ab opinione Themistii,& in quo discrepat dicens:& secundum expositionem Themistii non indigetur in istis intellectis, nisi ad ponendum intellectum materialem tantum aut intellectum materialem & agẽtem: secundum modum similitudinis: ubi enim non est uera generatio: non est agens,& subdit. Et nos conuenimus cum Alexãdro in modo ponendi intellectum agentem,& differimus ab eo in natura intellectus materialis. Et subdit:& differimus a Themistio in natura intellectus qui est in habitu,& in modo ponendi intellectum agentem. Ex quibus patet uerum fuisse id quod nos supra diximus: ꝙ commentator dissentit a Themistio de intellectu speculatiuo. nam secundum Auerr. intellectus speculatiuus non est eternus secundum indiuiduum sicut sensit Themi. & discrepat a Themistio in modo ponendi intellectum agentẽ: quia intellectus agens non vere agit secundum Themist. sed solum dicitur agens secundum similitudinem. Sed commentator tenet intellectum vere agere & vere producere species in intellectu. Et qui negant species secundum Auer. destruunt doctrinam eius: sicut uides. Confirmatur. Commentator in commen. v. in solutione primæ questionis ibi assimilat intellectum possibilem sensui visus dicens: ꝙ sic vt est in sensu visus: ꝙ species coloris non est perfectio coloris qui est in potentia. i. coloris existẽtis extra animam secundum esse reale. sed species coloris est perfectio sensus visus: ita etiã intentiones intellectæ non perficiũt intentiones imaginatas: ita ꝙ subiectiue sint in intentionibus imaginatis subiectiue ipse intentiones intellectæ id est species intelligibiles. sicut sensit Auempace cõtra quem paulo superius argumentatus fuerat commentator. Sed. d. substantiam quod perficitur per intentiones intellectas est intellectus materialis. Nec ualet euasio tua: ꝙ hoc debet intelligi obiectiue & non subiectiue: quia tunc non esset similitudo inter visum & intellectum. Sensus enim uisus subiectiue perficitur per intentiones colorum: quia & intellectus per intellectas intentiones subiectiue perficitur. Accedit ad hoc ꝙ tales intentiones intellectæ: sunt accidentia

accidentia:sicut intentiones colorum sunt accidentia. Accidẽs autem subiectiue recipitur in subiecto receptiuo. Praeterea ꝙ illa euasio non sit de intẽtione Auer. patet. Nam ibi contradicit commentator ipsi Auempace: qui opinatus est ꝙ substantiam intellectarum erant intentiones imaginatae existentes in cogitatiua:sicut patet ibi. Et etiam in com. xxx. eiusdem tertii. patet autem ꝙ Auempace ponebat ꝙ subiectiue intentiones intellectae recipiebantur in intentionibus imaginatis. Aliter arg. quod facit commentator contra ipsum in com. xxx. Nullum esset. Inquit. n. & si intentiones imaginate essent recipientes intellecta:tunc res reciperet se:& motor esset motum. praeterea non est verisimile ꝙ Auempace tantus philosophus opinatus fuerit ꝙ intentiones intellectae obiectiue recipiuntur in intẽtionibus imaginatis. Puer enim non diceret hoc. Cum igitur ita sit ꝙ secundum Auempacem intentiones imaginatae subiectiue recipiant intentiones intellectas & Auer. ex intento velit ei contra dicere in hoc:dicens ꝙ subiectum ipsarum est intellectus materialis. Relinquitur ꝙ secũdum Auer. intellectus possibilis subiectiue recipiat species intelligibiles:contradictio. n. est ad idem. Et secundum idem:oportet enim ꝙ Auerro. eo modo accipiat subiectum receptiuum intentionum intellectarum sicuti Auẽpace accipiebat, Confirmatur per verba commentatoris in illo com. xxx. Inquit enim ꝙ intellecta sunt intentiones formarum imaginationis id est sunt similitudines phantasmatum existentium in imaginatiua. & dicit. & ideo indigent necessario in hoc habere aliam materiam: à materia quam habebant in formis imaginationis. ratio autem materia est rõ subiectiue recipientis:non obiectiue. Et isti cum tota sua famositate non possunt soluere hoc argu. cum ista confirmatione quam ego feci. praeterea commentator com. xviii. habet quemadmodũ enim visus non mouetur à coloribus:nisi quando fuerit in actu:quod non completur nisi in re presente. cum ipsa sit extraheus eos a potẽtia in actum. Ita etiam intentiones imaginatae non mouent intellectum materialem: nisi quando fuerint intellectae in actu: quod non perficitur in eis nisi aliquo presente quod sit intellectus in actu. Ex quibus verbis patet quòd secundum commentatorem intellectus agens causat species intelligibiles vna cum phantasmate. & ex hoc patet error. Io. de gandauo in questionibus suis tertii de anima. q. xxiiii. vbi habet quòd intellectus agens non ponitur nisi pro intellectione causanda:& non cõcur

rit ad productionem speciei intelligibilis.prætereá commentator in eodem com.xviii. habet quòd intellectus agens trãsfert res de ordine in ordinem & facit de potentia intellectas actu intellectas patet autem quòd ista translatio de ordine materialium ad immaterialium ordinem: non fit nisi mediante aliquo vehiculo quod est species intelligibilis sicut in potentiis sensitiuis videmus. Nam sicut colores non transferuntur de esse materiali ad esse spirituale in ipsis sensibus nisi mediante specie sensibili:ita pariformiter oportet dicere in ipso intellectu. nostra enim cognitio incipit à nobis notioribus: quod si tu negares et tu habes negare commentatorem. Cuius maximum fundamentum contra Themistium & Auempacem fuit. exemplum quod adduxit Aristo.in tex.commen.tertii tertio de anima.videlicet quòd sicut se habet sensitiuum ad sensibilia. Ita se habet intellectiuum ad intelligibilia. vbi contra istam opinionem arguit. Nam omnes antiqui Auerroystæ vt Albertus Magnus in tertio de anima tractatu. ii. capitulo septimo vbi recitat opinionem Auerroys sibi ascribit species intelligibiles. Item beatus doctor in questionibus disputatis de anima:quest.iii. Et in prima parte summæ in questione.lxxvi. Aristot.primo. & Ioan.de gandauo in questionibus suis tertii de anima.& breuiter omnes recte sentientes in via Auerro.concedunt species intelligibiles de intentione eius: & ideo proteruiunt qui dicunt oppositum: & destruunt totum quod dixit Auerroys in tertio de anima sicut supra declaraui tibi.

Ad fundamentum autem istius opinionis secunde: quod fundatur super auctoritatem Auer. in libro destructionum. Respõdetur ꝙ illud dictum non habet veritatem in prędicatione idētica & formali. Sed solum in prædicatione causali, vnde dum dicit Auerr. ꝙ forma ipsa est intellectio intelligi debet ad istum sensum. videlicet ꝙ est causa partialis intellectionis quia obiectum cum intellectu causant intellectionem sicut causa totalis. vtrum autem species intelligibilis realiter distinguatur ab intellectione non est presentis speculationis &c.

2 Restat modo ponere opinionem quam credo esse veram.ad mentem Auer.videlicet ꝙ species intelligibiles ad mentē Auer. & Arist.dantur.cuius irrefragabile argu.est istud.Arist.n. in tertio de anima in tex. com. xxxviii.postquàm prę miserat in tex. com.xxxvii. ꝙ anima est quodã modo omnia. Nam per sensum est omnia sensibilia. Et per intellectum est omnia intelligibilia.

ibi

ibi determinat quomodo sit hoc.An videlicet sit oia secundum esse reale:an secundum esse spirituale. Et finaliter concludit, ꝙ anima est omnia secundum speciem.Et idem sensit Auer.in cō. pro hac autem opinione faciunt omnes auctoritates Auerro. quas adduxi contra alias opiniones. Modus autem istius positionis meæ est iste ad mentem Auer. videlicet ꝙ phātasma existens in cogitatiua vna cum intellectu agenre concurrūt ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili, ita ꝙ intellectus agens est principalius concurrens ad istam productionem specierum quām sit ipsum phantasma.Talis autem species intelligibilis subiectiue recipitur in intellectu possibili. & dico vlterius ꝙ dum species intelligibilis subiectiue causatur in intellectu possibili,quiditas relucens in specie ad causationē speciei causatur obiectiue & repsentatiue.Et dico vlterius ꝙ tales species intelligibiles secundum Auer.sunt colligate cū intentionibus imaginatis. vt patet ab Auer. in tertio com. tertio de aīa.

Verum vt melius veritas istius opinionis appareat.Restat dubitare contra ipsam. Et primo arguitur contra fundamentum opinionis.Nō.n. videtur ꝙ opinio Arist. in tertio de aīa in tex. cō.38.fuerit ꝙ anima sit oīa per receptionem specierū. Hoc.n. est falsum:tum in cognitione sensitiua:tum etiam in cognitione intellectiua.In sensitiua quidem,quia non oīa sensibilia causant speciem vt patet de sensibilibus communibus quæ nō causant speciem sui.Et hoc vel quantum ad oīa sicut tenuit beatus doctor,vel saltem quantum ad aliqua illorum sicut tenuit commentator.vt patet secundo de anima com.133.Similiter in cognitione intellectiua non videtur verum ꝙ quicquid cognoscit intellectus cognoscat per species Instātia.n.est de intētionibus secundis:& de substantiis abstractis, & de ipsis relationibus q̄ vt tenet cōis opinio non cognoscuntur per species.Nisi esset ꝙ dictū philosophi debet moderari videlicet ꝙ aīa est oīa ꝑ species vel ꝑ se primo vel secundarie.vnde philosophus in tertio de aīa in tex.cō.xv. dicit ꝙ intellectus possibilis intelligit se post intellectionē aliorū.vnde inqt ꝙ ꝑ spēs aliorū cognoscit se.Ad illud vero qđ obicitur de sensibilibus cōibus pariformiter pōt dici: Videlicet ꝙ sufficit ꝙ talis cognoscātur ꝑ species sensibiliū pro priorum:vel aliter ꝙ licet sensibilia communia non causent speciem sui in sensibus exterioribus vt tenet via cōis. Tn̄ sufficit ꝙ causent speciem sui in sensibus interioribus. Multæ.n.intentiones sunt quæ sunt cōiunctæ cū sensibilibus exterioribus q̄ tamē

à sensu exteriori non comprehenduntur sicut est species amici tiæ & inimicitiæ. Et Auer. dixit de cogitatiua hominis in com. lxiii. secundo de anima: quòd ipsa comprehendit intentiones decem prædicamentorum.

Secũdo dubitatur contra opinionem istam. Nam absurdum videtur dicere intellectum possibilem subiectiue recipere species intelligibiles. In ente enim æterno non videtur ꝙ aliquid possit de nouo recipi: sicuti famosum est in via Auer.

Tertio de intellectu agente quia tu dicis ꝙ intellectus agens concurrit ad causandum species intelligibiles ad mentẽ Auer. sed contra hoc istat dominus Albertus. in. 8. phi. cap. 14. tractatu primo. Ibi enim reflectit ipse contra Auer. argu. quod ipse fecerat in com. xv. illius octaui phi. Ibi. n. commentator arguebat ꝙ ab agente antiquo non potest nouum prouenire: quia oẽ quod quandoq; agit. & quandoq; non: est motor in potentia. Et omnis motor in potentia. Indiget aliquo motore in actu extrahente ipsum de potentia ad actum, Et sic primus motor non esset primus motor. Inquit ibi Auer. sed contra inquit dominus Albertus: a pari ego arguo contra te. de intellectu agente qui secundum te est pura actio. Talis enim secundum te quandoque agit species quandoq; non agit species: ergo est motor in potẽtia. ꝙ si tu dicas inquit Alber. quòd talis nouitas habet reduci in ipsum phantasma: & non in intellectu agente. A pari ego soluam argu. tuum: de primo motore: quòd nouitas nõ est in eo: sed est in ipso effectu. Et sic argu. tuum. O Auer. contra leges nullũ est. he sunt duæ arduæ difficultates contra Auer. sicut vides. Dicam tamen quid sentiam.

Et ad primum mihi videtur: quòd Auer. formaliter respõdet in tertio de anima in com. 28. Habet. n. ista verba. Et hoc quod induxit hoc est quasi dissolutio questionis maxime omniũ questionum aduenientium in hac opinione. Potest enim aliquis dicere quomodo possumus imaginari receptionem in substantia non mixta cum materia. cum declaratum est: quòd causa receptionis est materia. Et quasi innuit dissolutionem dicendo: ꝙ materia nõ est causa receptionis simpliciter: sed causa receptionis transmutabilis scilicet receptionis huius entis indiuidualis: vnde necesse est vt illud quod non recipit receptione indiuiduali: vt non sit materiale aliquo modo: Et sic non remanet locus questionis: hæc ille. Ex quibus verbis patet quòd intellectus possibilis recipit vniuersaliter. Et quòd materia non est ratio

ratio niſi recipiendi ſignata. Et ideo propter hoc non tollitur quòd aliquod abſtractū a materia poſſit recipere vniuerſaliter ſicut eſt intellectus materialis.

Sed dices quare eſt quòd ſolus intellectus poſſibilis de nouo recipit accidentia iſta quę ſunt ſpecies intelligibiles. & tamen nulla alia intelligentia ſecundum Auer. poteſt aliquod accidens recipere.

Sed ad hoc dicimus nos quòd hoc nihil eſt querere. omnium enim querere cauſas eſt hominis indiſciplinati: & ideo dico φ hoc accidit intellectui poſſibili: quia talis intellectus eſt obtinens poſtremum gradum in ordine entium abſtractorum: vt patet in tertio de anima commen. xix. Et ideo ex ſui imperfectione accidit ſibi hoc quòd recipiat.

Ad tertium dubium reſpondetur quòd non eſt ſimilitudo de primo motore, & de ipſo intellectu agente: Nam ante quàm intellectus agens cauſet ſpeciem intelligibilem: praeceſſit noua actio in phantaſmate, quia tale phantaſma fuit nouiter productum ab obiecto extrinſeco: ſimiliter cogitatiua in qua ſubiectiue eſt ipſum phantaſma educta eſt de potentia materiae ab agente particulari puta à virtute informatiua exiſtente in ſemine. Sed ſi tu ponas primum motorē immediate producere ipſum orbem de nouo. Talis nouitas non habet ad aliud agens reduci. Niſi in ipſum primum motorem quia nulla alia nouitas praeceſſit: ſicut i eſt in phantaſmate reſpectu intellectus agētis: quia phantaſma non dependet effectiue ab intellectu agente. ſicut orbis effectiue dependet à primo motore. & propter hoc nouitas in orbe habet reduci ad primū motorem. & per hoc etiā patet ſolutio ad id quod queritur quare eſt quòd intellectus agens agit in intellectum poſſibilē mediante phātaſmate quod eſt inſtrumentum nouum: cum tamen intelligentia non agat in iſta inferiora niſi per inſtrumentum aeternum quod eſt corpus celeſte. Ad hoc reſpondetur dando rationem diuerſitatis. Nam ipſa intelligentia eſt cauſa effectiua phantaſmatis. iſta eſt ſolutio quorundam ſimilium Auerroiſtarum: ſed ſalua ſemper reuerentia tantorum virorum mihi videtur quòd iſta ſolutio non ſoluat argu. Alberti. licet.n. praeceſſerit aliqua nouitas in factione phantaſmatis quantum ad ſuam eſſentiam, tamen quantum ad actionem illam per quam intellectus agens nunc agit in phantaſma fortis, & prius non agebat iſta nouitas non poteſt reduci ut videt̄ niſi ad intellectum agentem, & eſt ratio fortis apud me.

me.Nā si poneremus cęlum esse ab æterno productum & tamē ꝙ ipsum cœlū nō ab eterno fuerit motū sed incepit moueri in tempore determinato:patet ꝙ ista nouitas non haberet reduci secundum philosophos & secundum Auer.in.8 phi.nisi in ipsum primum motorem & tamen patet ꝙ ista nouitas non esset nisi quantum ad actionem motiuam.quia verum esset dicere ꝙ primus motor nunc mouet cœlum: & prius nō mouebat. ergo est motor in potentia.consequentia ista conceditur ab Auer. quare etiā à pari videtur ꝙ valeat de phantasmate. Intellectus agēs nunc agit in phantasma.Et prius non agebat.ergo est motor in potentia. Preterea si responsio illa valet sequeretur ꝙ secundū cōmentatorem deus pōt immediate mouere caput meū. quia ego dicā ꝙ aliqua nouitas præcessit in fauore capitis mei à virtute informatiua.hoc aūt cōmentator negat quia deus mediāte cœlo mouet ista inferiora secūdum philosophos.Et ideo aliter ego soluo argu.Albert.vnde dico ꝙ illa propositio oē quod qn̄q; agit & quandoq; non essentialiter est motor in potentia. mō sic falsa est minor quæ dicit ꝙ intellectus quandoq; agat essentialiter & qn̄q; non agat essentialiter immo intellectus agēs semper agit ꝑ se & essentialiter.sed ꝙ qn̄q; dicatur agere.hoc accidit ei.pro quo tu debes scire ꝙ intellectus agēs & ītellectus possibilis.primo & pro se respiciunt totam speciem humanā. tanq̄ primum.& adequatum suum mobile. secūdario autem & quasi per accidens respiciunt determinatum indiuiduum.puta sortem vel Platonem. Et potest dari ad hoc accommodatum exemplū de materia prima. In qua sunt omnes formæ materiales in potētia.Et etiam pōt dari exemplum de primo motore.in quo sunt omnes formæ materiales in actu: vt habet commētator in. 12. meth.in cō. 18.quod ego intelligo de actu virtuali & eminētiali & non de actu formali.patet autem ꝙ potentia subiectiua materiæ primo & per se respicit formam in cōi, sed hanc determinatam formā secundario & quasi per accidens respicit. sicut patet primo cœli com.cxii. Similiter intentio primi motoris primo & per se secundum philosophos terminat̄ ad ipsam speciē: ꝑ accidens aūt & quasi secūdario terminat̄ ad indiuiduū. sicut habet videri i.12.meth 17.& li.cō.Et ꝑꝑ hoc ēt bene dixit Auic. ꝙ natura primo intendit speciē.ita tu debes imaginari de intellectu possibili & de intellectu agente in via Auer. ꝙ intellectus possibilis per se respicit speciem humanam,& sic non quādoq; dicitur intelligere & quandoque non immo intellectus possibilis

lis vt sic semper intelligit. Et propter hoc commentator in cō. v. & in com. vigesimo & trigesimo sexto tertii de anima posuit intellectum speculatiuum æternum secundum speciē. Similiter etiam intellectus agens respectu totius speciei humane quæ nō potest deficere teste Auer. in. 8 phi. cō. 15. non dicitur quādoq; agere, & quandoq; non: immo semper agit, sed si dicatur quandoq; agere & quandoq; non, hoc accidit ei quia hoc erit respectu determinati indiuidui: quod non est mobile adequatū eius. Et est exēplum accommodatū super hoc. In re.n. difficili Auer. in tertio de aīa, licet exēplis vti: Si.n. poneremus vnū ignē æternū qui cōtinue cōbureret oīa cōbustibilia certū est ꝙ ipse ignis diceretur semper cōburere sed si quis de nouo apponeret ei aliquod nouum combustibile. Falis ignis respectu istius non diceretur semper comburere. Sed per accidens diceretur nunc cōburere: & prius non. Et ista est indubitata sententia Auer. in tertio de anima in commento quinto in solutione secundæ quæstionis: & eiusdem in commento vigesimo, & in commento decimo nono & trigesimo sexto. Ad formam igitur argumenti ipsius Alberti nego similitudinem: de primo motore respectu orbis & de intellectu agente respectu sortis, qui non est orbis. Cui primo & per se assistit intellectus agens. Et ideo cetera non sunt paria. Comparat enim id quod est per se ad illud quod est per accidens. Et ideo argumentum commentatoris secundum viam suam procedit de primo motore quod si quando mouetur & quandoque non, est motor in potentia, sed de intellectu agente respectu sortis non valet propter causam quæ dicta est. Et vides quòd ista solutio mea vadit vsque ad radices doctrinæ Auerroys. & multos tu vides in hoc gimnasio qui vadunt cristato capite qui hæc ignorant. Sed laus deo semper attribuatur.

Similiter ad aliud quæsitum respondeo. Argumentum enim illud imaginatur quòd phantasma nouum sit adequatū instrumentum intellectus agentis. Sed hoc est falsissimum secundum Auer. quia da tu illud, & sit. A. phantasma nouum quod est adequatum instrumentum intellectus agentis, patet autem quòd tale aliquando corrumpetur. Cum sit corruptibile. Et tunc sequitur quòd intellectus agens carebit suo adequato instrumento quia corruptū non potest redire idē necessario naturaliter loquēdo. Et tunc intellectus agens erit ociosus natura. quia amplius nō ꝓducet spēs. Agēs.n. naturale naturaliter agēs nō pōt

exire

exire in suam actionem sine suo adequato instrumento. Quare oportet dicere quòd adequatum instrumentū intellectus agentis sit phantasma hominis secundum speciem, non phantasma huius hominis.

Sed obiicies contra hoc. Nam ex primo metaphisi. actiones sunt suppositorum, nisi esset quòd illud intelligitur vt quod, non vt quo.

Vnde breuiter ad illud quæsitum dum queritur quare intellectus agens agit mediante instrumento corruptibili secundum indiuiduum. Et aliæ intelligentiæ agunt mediante instrumēto æterno secundū indiuiduum, dico, quia talis naturæ est, & quia accidit ei in quantum intelligentia est, licet non accidat ei inquantum talis, quòd assistat orbi corruptibili secundum indiuiduum, vnde sicut dicunt peripatetici quòd intelligentia mouens cœlum per se intendit motum æternum, & quòd ista circulatio hodierna quæ præcessit non primaria intentione intenditur ab intelligentia, sed secundaria intentione pro quanto uidelicet ista circulatio facit ad continuationem motus æterni, sic diceret commentator de intellectu agente quòd primaria intentione intendit causare species intelligibiles, vt continuetur intellectio æterna secundum speciem in intellectu possibili quantum ad nos considerato, sed quod intellectus agens causet hanc speciem intelligibilem hoc secundaria intentione intēditur. Et ita de intellectu possibili dicatur suo modo: videlicet quòd intellectus possibilis primaria intentione intendit intelligere æternum secundum speciem quod competit speciei humanæ: cui assistit: sed hoc vel illud intelligere sortis vel Platonis secundaria intentione intendit.

Sed adhuc intellectus hominis non quiescit. Mirabile enim videtur: quomodo est hoc quòd intellectus agens & intellectus possibilis non primaria intentione intendant ista singularia. Circa quæ agunt: & à quibus pati habet intellectus materialis cum actiones sint suppositorum sicut circa quod.

Sed ad hoc nos dicimus quòd ista admiratio quæ tangitur in argumento prouenit ex falsa imaginatione. Imaginaris enim q ita est in rebus abstractis a materia: & in rebus æternis: sicuti est in generabilibus & corruptibilibus, sed ista est imaginatio vana secundum philosophos. Nam secundum philosophorum sententiam, Entia abstracta primaria intentione intendunt species ipsas. Et secundaria intentione intendunt indiuidua, Sed in generabilibus

rabilibus & corruptibilibus secus est. Quia talia primaria inten tione intendit sanare Socratem. & secundaria intentione intē dunt speciem. Vnde si medicus intendit sanitatem: primaria intentione intendit sanare Socratem. & secundaria intentione intendit hominem.& sic est de intellectu agente.& propter hoc dixit Auer.in commen.xix. quòd intellectus agens nihil intelli git eorum quæ sunt hic.

Vltimo contra istam opinionem instatur. Nam tu dicis ꝙ in tellectus possibilis intelligit quiditates rerum per susceptionē specierum intelligibilium. Et si ita est quæro a te. vtrum tales quiditates sint substantia vel accidens:& quicquid detur ego re flectam argumentum quod tu fecisti in hoc contra primam opinionem.

Sed ad hoc soluimus dicentes,quòd tales quiditates relucen tes in speciebus intelligibilibus, ad causationem specierum fa ctam ab intellectu agente causantur species subiectiue in intel lectu possibili,& ex consequenti quiditas relucens in specie cau satur inintellectu in esse obiectiuo. Et ideo dicimus quòd tales quiditates obiectiuæ & rẽpsentatiuæ possunt esse & subiectæ & accidẽtia secũdũ diuersitatẽ phãtasmatũ existẽtiũ ĩ cogitatiua.

Sed arguebat socius quòd species intelligibiles ad mentem Auer.non possunt dari,quia tunc darentur ydeæ Platonis. nam tales quiditates videntur esse ydeæ Platonis.

Sed ego dixi ꝙ non sequitur.Nam secundum Auerr. species intelligibiles in quibus relucens quiditates non sunt omnino separatæ. Dependent enim a phantasmatibus & sunt colligatæ cum ipsis vt patet tertio de anima commento.xxx. Non sic au tem posuit Plato ydeas sicut scis.

Sed adhuc remanet dubitatio contra istam positionem quia si species intelligibilis obiectiue recipitur in intellectu possibili: Tunc species ipsa denominaret ipsum intellectum possibilem. Et sic species intelligibilis asini denominaret intellectum possi bilem asininum:& species ligni ligneum.

Præterea videtur contra sententiam Auer.ꝙ intellectus possi bilis aliquid recipiat in se subiectiue.immo videtur ꝙ quicquid recipitur in intellectu possibili recipiatur sicut locatũ in loco: Vt habet commentator in. xii. metaphisice in commento. 17. loquens de intellectu possibili dicit. Et intellectus de intelligen tia agente & eius loco & prosperitate ex ipsa quæ est in poten tia est.quasi locus istius:non quasi materia:hæc ille.

Sed licet istæ dubitationes sint fortes: dicā tamē quid sentiā.
Ad primum dico negando consequentiam. Nam ego posui quiditatem relucentem in specie intelligibili non sicut accidēs in subiecto recipi in intellectu possibili: sed solum est ibi in esse obiectiuo. Et sicut cognitum in cognoscente, sed bene posui ipsam speciem intelligibilem esse in intellectu per informationē: sicut accidens in subiecto. Et propter hoc ipsa species intelligibilis denominat intellectum possibilem in quo est. Dicimus.n. intellectum esse informatum per speciem intelligibilem asini. Sed obiectum relucens in specie non denominat intellectū quia non est in eo per informationem: sed solū est in esse obiectiuo. Et ideo intellectus possibilis non denominatur asininus à quiditate asini relucente in specie intelligibili asini. & ex hoc patet tibi declaratio illius dicti Alberti Magni in capitulo quarto secūdi sui libelli de intellectu & intelligibili, vbi habet ꝙ eadem forma est in intellectu possibili & in materia. quia est eadem obiectiue & representatiue. & non est eadem secūdum suum esse reale & formale quod habet in materia extra animam. sicut pessime intellexit prima opinio. Nam idē Albertus in tertio de anima super expositione tex.cō.trigesimi octaui habet. Non enim hic lapis demonstratus in esse materiali extra animam est in anima: sed species lapidis est in anima. & ibi expresse Albertus secūdum propriam opinionem concedit species intelligibiles cuius oppositum falso sibi imponebat opinio prima. quòd autem illa respōsio sit bona in qua diximus quòd quiditas relucens in spē non est in intellectu sicut accidēs in subiecto sed in esse obiectiuo patet: quòd hoc est de intentioue Magni Alberti in primo posteriorum cap.3. vbi habet quòd vniuersale non est in intellectu sicut accidens in subiecto, sed est in esse abstractionis. Et hoc est sibi in intellectu esse, quod est abstractum esse. Et ideo intellectus non dicitur humanus ab hominis forma: nec ligneus a forma ligni. Et hanc eandem sententiam repetit ipse in cap. xii illius primi tractatus tertii de anima. Et dicit quòd hoc etiā sensit Auerroys, & patet quòd Albertus loquitur de ipso vniuersali quod relucet in ipsa specie, & eandem sententiam habuit subtilissimus Scotus meus in septimo meta. in questio.18. Et ista responsio est methaphisicalis & similis valde sicut vides, posset etiam logice solui argumentum. Nam vt colligitur ex sententia philosophi in.ii.topicorum.capit.ii. duplex est denominatio accidentis. videlicet secundum esse & secundum inesse. Et

ſic dicerem in propoſito quòd ſpecies intelligibilis denominat intellectum denominatione de ineſſe. Et hoc modo dicatur de ſenſu reſpectu ſpecierum ſenſibilium ſuo modo, & has reſpõſiones ignorauit Io. de gandauo in. q. xviii. ſecundi de anima. ſicut videre potes &c.

Ad ſecundum de auctoritate commentatoris in commento xvii. xii. meta. Dico quòd ſi velimus ſaluare commentatorem à contradictione opus eſt diſtinctione. Commentator enim infinities in tertio de anima Appellauit intellectum poſſibilem eſſe ſicut materiam intellectus agentis, & ſpecierum intelligibiliũ vt patet in commento. v. xvii. xviii. & xxxvi. & xxx Et ideo dico quòd intellectus poſſibilis poteſt dici materia reſpectu intellectus agentis, & reſpectu ſpecierum intelligibilium, & poteſt etiã dici locus ſecundum diuerſas conſiderationes. in materia enim inueniuntur due contentiones, prima eſt quòd non immediate recipit formam ſed mediantibus quantitatibus interminatis ſecundum Auerro. ſemperque machinatur ad maleficium ratione priuationis annexæ. Alia eſt conditio materiæ quòd ipſa recipit formam, & quòd ipſa eſt in potentia & non ſit in actu niſi per formam, cum nullius actiuitatis materia ſit cauſa de ſe Et conſiderando ad primam conditionem materię intellectus poſſibilis reſpectu intellectus agentis rectius dicitur locus quam materia, quia non recipit ſignate & mediantibus dimẽſionibus & non machinatur ad maleficium. vnde ſicut locus habet virtutem conſeruatiuam locati: ſic etiam intellectus poſſibilis eſt cõſeruatiuus ſpecierum vnde ſpecies intelligibiles quantum eſt merito intellectus poſſibilis nunquam corrumperentur ſecundum Auerro. ſed quòd corrumpatur hoc eſt quia dependent a phantaſmatibus in eſſe. vt patet ex com. xx. &. xxx. tertio de anima, & ad iſtam primam conditionem reſpiciẽs commentator dixit quòd intellectus de intelligentia agente dicitur locus & non materia. Si vero conſideremus ſecundam conditionem materiæ: ſic dico quòd intellectus poſſibilis dicitur ſubiectũ & materia reſpectu intellectus agentis & reſpectu ſpecierum intelligibilium. Intellectus enim poſſibilis ſit in actu per intellectum agentem, & per ipſum intelligibile, ſicut materia ſuo modo ſit in actu per formã. Et iſta eſt formalis ſolutio Magni Alberti in queſtione propria qua querit in libro de homine vtrum ſpecies intelligibiles ſunt in intellectu vt in loco, & ex hoc patet error illius moderni qui finxit ꝙ intellectus poſſibilis recipit eſſen-

tias rerum secundum suum esse formale & materiale ad mentē Auerroys,& etiam ad mentem Alberti negauit species intelligibiles.ecce destructor totius philosophiæ, quomodo falsitates & chimeras tuas viris excellentissimis imponis. Nonne Auerroys ad proprium commen.xviii tertii de anima dixit quòd intellectus possibilis est omnia modo similitudinis & receptionis.Nonne Albertus Magnus dixit in.iii.de anima super expositione textus septimi:ꝙ formæ rerum materialiter nullo modo sunt in intellectu possibili. Nonne Albertus in text.ii. &.iii. tex.illius tertii. expresse fatetur species intelligibiles. expresse etiam in text.sexto & septimo. &. xxx. fatetur illud idem, sed quid opus est verbis in illa questione prius adducta in libro suo de homine:fatetur species intelligibiles.Frustra enim quesiuisset vtrum species intelligibiles sunt in intellectu possibili sicut in loco,si ipse negat species.questio enim composita presupponit questionem simplicem.opinio igitur illa non est Auer. nec Alberti.sed est opinio hominis habentis cogitatiuā deprauatā.

Restat modo soluere argumēta principalia adducta in principio questionis.

Ad primum dico ꝙ illa auctoritas commentatoris in cō. 15. 12.meta.intelligitur de omnibus aliis intelligentiis præter vltimam quòd nulla recipit aliquod accidens.

Vel aliter anima intellectiua pōt considerari dupliciter uno modo in se alio modo vt assistit orbi humano secundum Auerroym.primo modo non recipit aliquod accidens nec sua intellectio est acccidens,quæ est intellectio eterna. sed secundo modo bene recipit aliquod accidens, quia accidit ei in quantū intelligentia est ꝙ assistat orbi humano & ꝙ sit vltima in genere entium abstractorum.

Ad secundum dico ꝙ illa propositio nulla substātia separata patitur &c.intelligitur de passione corruptiua & transmutatiua. Et hoc apparet ex probatione Auerro. ibi. quia inquit ipse materia est causa passionis & trāsmutationis,& ideo forma quę est separata à materia non patitur tali passione. Et sic argumentum concludit veritatem de anima intellectiua cum hoc tamen est quòd possit pati ipsa anima intellectiua passione perfectiua. sicut etiam superius dixi ex intentione Auer.in tertio de anima in com.28. Vide ibi ample.

Ad tertium dico ꝙ commentator ibi loquitur secundū opinionem Platonis, & sic etiam exponit illum textum dicens ꝙ Arist.

Arist.ibi loquitur secundum opinionem aliorum.dicit enim ꝙ illa non est opinio Arist. sed Arist. intendebat ibi demonstrare vim illius opinionis: vnde exponendo commentatorem per cõmen.patet ꝙ auctoritas illa adducta est de intentione Pla. commentator enim in.iii.de anima in commen.ii.recitans opinionem Platonis & Themistii dicit. & debes scire ꝙ nulla differẽtia est secundum expositionem Themistii & antiquorum expositorum & opinionem Platonis in hoc ꝙ intellecta speculatiua sunt eterna.& adiscere est rememorari.& subdit. Sed Plato dixit quòd ista intellecta sunt in nobis quandoque. Et quandoque non:propter hoc,quòd subiectum preparatur quandoq;.& quãdoque non ad recipiendum ea. Ex quibus verbis clare patet. ꝙ commentator dum dixit in.7.phi.in commen.xx.quòd cognitio non fit in cognoscente ita ꝙ pars cognoscens sit transmutata.sed fit quando aliquid aliud transmutatur ꝙ hoc dixit commentator secundum opinionem Platon.non secundum mentẽ propriam. Et illa auctoritas fuit lapsus Burlei qui negauit intelligibiles in illo loco ad intentionem commẽtatoris quia inquit ipse: Nulla substantia æterna secundum commentatorem potest aliquod accidens recipere. Et illa auctoritas etiam fuit lapsus quorundam excellentissimorum virorum in via Auerroys. dicebant enim fundantes se super illo commento. xx.septimo phisico.quòd opinio commentatoris fuit non dari species intelligibiles.Et ꝙ nostrum scire est reminisci ad mentẽ Auer.vnde secundum ipsos opinio Platonis & Aristo. & opinio Auer.in hoc sunt conuenientes.

Sed ista proculdubio non fuit sententia Auer. quod patet ꝑ ea quæ subiungit commentator in illo comment. 20. tertii de anima qui postea quàm recitauerat opinionẽ Themistii & Platonis dicit.Considera igitur quòd est differentia inter istas tres opiniones scilicet Themistii:Platonis.& nostram. Similiter idẽ commentator in.7 phisi.cõmen. 20.dixit quòd illa opinio fuit Platonis, & non est Aristote. sed voluit demonstrare vim illius opinionis.similiter commentator in commen.20. super primo posteriorum habet ista verba. Nec est anticipatio scientia disci puli: sicut sensibilium priorum in re ad sensibilia secunda eius in tempore alio. Et illud est quia iam sentimus quod iam prius sentimus: & cum sentimus illud secundo scimus quòd est illud quod iam sensimus prius quoniam si esset dispositio scientiæ acquisitæ per doctrinam cum scientia præcedente hæc

dispositio

dispositio. Esset necesse vt sit disciplina recordatio. hæc ille. Ex quibus verbis clarissime patet quòd secundum Auerroym nostrum scire non est remisci: immo ipse habet hec pro impossibili: quia ipse tenet quòd intellectus possibilis de nouo recipiat species intelligibiles sicut ad longum demõstraui tibi superius ex intentione eius. Nec isti cum tota sua famositate possunt soluere istam auctoritatem nisi destruant viam commẽtatoris &c. Ad quartum dico quòd nihil prohibet intellectum possibilem prius natura recipere speciem intelligibilem: quàm actum intelligendi. Et ad auctoritatẽ philosophi dicens quòd intellectus nihil est actu eorum quæ sunt ante intelligere, dico quòd verum est secundum suam essentiam, nam Arist. ibi loquitur cõtra opinionem antiquorum sicut optime dixit in hoc Io. gandauensis in. q. vi. tertii de anima.

Ad vltimum dico quòd argu. concluderet veritatem: si phantasma virtute propria non concurrente opere intellectus agentis ageret in intellectum possibilem. Nunc autem non est sic in proposito. Nam species intelligibilis producitur in intellectu possibili virtute intellectus agentis tanquam principalis agentis. Et phantasma ipsum concurrit tanquam agens minus principale. Accedit ad hoc quòd inter potentiam & ipsum obiectum non requiritur proportio in essentia nec in natura, sed requiritur solum proportio motiui & mobilis. sicuti optime declarauit subtilissimus Scotus meus in secũdo meta. in. q. 4. & in quarto sententiarum distin. xlix, q. xi. Et sic decreui finem imponere questioni meæ cum laude dei & virginis Mariæ in qua si quid dixi quod christiane religioni aduersetur. Illud dictum scias ad opinionem Auer. & philosophorum. Et à me vt recitatore opinionis eorum non à me christiano. Deo gratias à quo est omnis sapientia & intellectus. Amen.

F I N I S.



ENARRATIO QVAEDAM DE SPECIEBVS INTELLIGIBILIBVS SECVNDVM VIAM MAGNI COM. AVER.

AEDITA A MAGISTRO HIERONYMO Girello Brixiensi aduersus Marcum Antonium Zimaram.





N hac enarratione, quatuor obseruare necesse est primum quid nominis speciei intelligibilis super enim hanc rationē fundatur tota hæc dubitatio. est autem species intelligibilis qualitas quædam spiritualis habens esse fixum & permanens in intellectu possibili formaliter, siue (vt aiunt) subiectiue causata ab intellectu agente. & phantasmate repræsentatiua quidditatis in se per quam intellectus habitualiter assimilatur obiecto, præcedensque actualem cognitionem obiecti. Quid species intelligibilis.

Secundum: quid intellectus possibilis. est enim secundū Auerroym. 3 de anima cō. v. Id quod est in potentia omnes intentiones formarum materialiū vniuersaliū, & non est in actu aliquod entiū antequā intelligat istud, & in cō. 18. eiusdē tertii dicit ꝙ intellectus possibiles efficitur omne modo similitudinis & receptionis: Alexander vero peripatheticus primo de anima cap. de intellectu practico & speculatio aliter describit intellectum possibilem, inquiens. est enim facultas & promptitudo quædā s. suprema anima rationalis ad formas excipiendas tabellæ nondum inscriptæ pro similis, nam in tabella considerandа sunt quatuor. primū substantia tabellæ cui intellectus non assimilatur quandoquidem non est substantia & facultas insita substantiæ. Secundū promptitudo siue facultas ad excipiendas oēs figuras. Quid intellectus possibilis secundum Auer. Quid intellectus possibilis secundum Alex.

Tertium

Tertium primario figurarum quartum ordo siue relatio ad figuras in actu. his tribus intellectus per similis est ante intelligere. est enim facultas in qua fundatur priuatio omnium intelligibilium, & ordo siue relatio ad omnia intelligibilia.

Species intellecti. 2. Tertium species intelligibilis est in duplici differentia, quædã enim dicitur impressa in intellectu sicut accidens in subiecto, de qua dictum est in prima obseruatione. Altera non expressa & est quidditas rei siue forma in esse cognito existens in intellectu vt cognitum in cognoscente.

Disputa. 3. in sol. 18. dubii. Quartum obseruare oportet id quod refert Auerroes in. iii. disput. in solut. 18. dubii cõtra Algazelem, vbi ita scribit formę entium sensibilium habent gradus in esse & vilius est esse earum in materiis, deinde esse earum in intellectu humano est dignius quàm esse earum. in materiis, deinde esse earum in intelligentiis separatis est nobilius quam esse earum in intellectu humano. relictis igitur extremis dubitatio nostra erit de formis rerũ sensibilium quomodo, & qualiter habeant esse in humano intellectu.

Opinio Ale. Ad hanc dubitationem primo videndum est quid senserit magnus ille peripatheticus Alexander. Qui in primo de anima cap. de intellectu secundum actum videtur dicere, quòd species intelligibilis nil aliud sit quàm quidditas siue forma abiuncta a materia actu intellecta dicit enim quòd intellectus in actu est species intellecta. species non intellecta non est species intelligibilis, quandoquidem species intelligibilis sit ratio cognoscendi non cognita ergo et in eodem capi. dicit. Cum se intelligit precedenter, & per se speciem intelligibilem intelligit per accidens autem esse ipsam ea de causa quòd intellectui accidit vt cum intelligit illud fiat, quod a se intellectum est: antequàm igitur actu intellectum intelligat ipsum intelligere & id quod intelligitur mutuo referuntur, atque opposita inuicem habentur, velut eã, quæ sunt ad aliquid. Cum vero vtraque in actum prodeunt, & vnum fiant cessat oppositio, manifestum est ergo secundum Alexandr. quòd species illa intelligibilis non est forma impressa in anima, sed quidditas abiuncta a materia actu ab intellectu cognita.

Dubitatio. Contra hoc quispiam dubitaret, quoniam Alexan. cap. de intellectu practico & speculatio reddens causam, quare anima dicatur esse locus specierum non tota sed intellectiua: dicit sanè vero cum possit species excipere. ea de causa specierum locus

cus dici potest.respondetur ꝙ loquitur de specie expressa, quæ dicit quidditas seu forma separata à cōditiōibus materialibus.

Hæc dicitur esse sententia Lucidissimi Themistii,qui in.3. de anima cap.42. respondens quòd anima sit omnis res, & forma formarum inquit rectè igitur dictum videtur, animam esse omnia,quando nulla res est,cuius formam aut sensu, aut mente nō vsurpet: inde sumitur vt anima cum omnibus formis eadem fiat,non tamen cum materia earum & mole, neque enim lapis in anima est,neque ignis, neque terra. ita relinquitur,vt animā effici formas rerum dumtaxat dicamus, neque non illud obstat,quod si ita sit ratio rationi,& forma formæ misceri,connectique videatur, quandoquidem ad instrumentum manus habetur,manus enim instrumentum super omnia instrumenta est,vti per quam instrumētorum omnium vsus constat, eodem modo dicere animam formam formarum par est,quia reliquæ formæ per animam cognoscuntur,sed formæ quæ per animam cognoscuntur non sunt species intelligibiles. sed formæ in esse vniuersali,& quidditatiuo. ergo anima est forma formarū in esse vniuersali.hinc colligitur quomodo anima per intellectum fiat lapis & lignum,cæteraq; non in esse naturali,sed intentionali,quoniam ea quæ habent eandem formam, habent idem esse,anima autem per intellectum formatur eadem forma, qua formatur materia lapidis.ergo habet idē esse.non in eodē modo essendi. Opinio themistii.

Hanc sententiā sequitur Magnus ille Cōmentator Auerroys vnde in 3.de anima.tex.37.Arist.recapitulans ea, quæ dixit esse anima,& de eius virtutibus.ita scribit dicamus iterum per omnia ea,quæ sunt,quodammodo est anima, dixit quodammodo quia non est anima simpliciter & secūdum naturam,sed per intellectum fiat omnia modo similitudinis & receptiobis, vt inquit Auerr.commen.18 in tex. autem 38.quærit Aristo. si anima est quodammodo omnia necesse autem est,aut ipsa aut species esse.ipsa quidem igitur non sunt,non enim lapis secundum naturam est in anima sed species, quare anima sicut manus est, manus enim est organum organorum,& intellectus species specierum & sensus species sensibilium, vbi obseruare oportet, quòd in translatione Arabica loco speciei ponitur forma,ideo Auerr. in commen.38. super his verbis ita notauit, & quia non sunt nisi duo modi, necesse est vt intellectus sit intellectum existens extra animam aut formam eius, & similiter sensus cum sensato, & impossibile est, vt ipsum sicut Aue. sententia. 3.de aīa.37. 3.de aīa cō.18 & tex.38. 3.de aīa.38.

F intellectum

intellectum aut sensatum per suam formam & suam materiam, aut naturam, vt antiqui opinabantur. Tunc enim quando lapidem intelligeret, esset lapis, & si lignum lignum, remanet igitur vt illud quod existit in anima de entibus sit forma tantum & non materia, nam secundum Auerro. Materia cum non habeat esse vniuersale neque sit in actu habens quidditatem, vt testatur

1.Phy.69. in primo physi.tex.lxix.super aliis verbis, subiecta autem natura &c.non potest per se esse intellecta, sed forma duntaxat abiuncta a conditionibus naturalibus est illa quæ pro se potest esse in intellectu, ideo recte dixit Auerro. remanet igitur vt illud quod existit in anima, de entibus sensibilibus, de quibus sermo noster est, sit forma tantum non materia.

Erratũ Zima. Nec valet interpretatio Marci Antonii Zimare, qui in sua questione ordinaria de speciebus dicit ad auctoritates autem Auerr. quæ videntur sonare, quòd intellectus possibilis recipit formas rerum materialium in esse.s. vniuersali, dico quòd per formas commentator intelligit species, cuius signum est quòd Arabes appellant formam illud quod nos dicimus speciem, vt

3.de anima. 6 patet.3.de anima tex.commẽ.6. vbi litera nostra habet intelle-

3.de aĩa cõ.38 ctus est locus specierum, litera translationis Arabicæ habet intellectus est locus formarum. Similiter in tex.com.38. vbi litera

3.de anima. 3 nostra habet lapis non est in anima, sed species litera translationis arabicæ habet lapis non est in anima, sed forma similiter in

Impugnatur positiõ Zima. 3.textu eiusdem, vbi habet litera susceptiuum autem speciei arabica habet sed recipit formam &c.

Interpretatio huius viri magis distat ab opinione Auerroys quàm cœlum a terra, forma enim lapidis habet duplex esse.s.na-

Dispu.3.in so lu.18.dubii. turale & extraneum, naturale in materia propria, extraneum in materia aliena, verbi gratia in intellectu, hoc declarauit Auerr. in.3.disput.in solutione.xviii.dubii, vbi ita scribit in translatione vera, & iam habitum est eis de intellectu humano formam habere duplex esse, esse quidem intellectuale cum spoliatur a materia & esse sensibile, cum fuerit in materia. verbi gratia lapis habet formam materialem, & est in materia extra animam & formam, quæ est comprehensio & intellectus, & est abstracta a materia in anima, de hac forma vt habet esse vniuersale, & in intellectu loquitur Auer. in hisce auctoritatibus. Anima est locus formarum, & lapis non est in anima.83. forma siue quidditas lapidis, compositum enim in via Auerr. non est in anima ratione materiæ, quæ a seipsa abstracta esse non potest, neque formare

in

in te tantum, cum non habeat rationem actus quidditatiui : id igitur quod eſt in anima eſt forma in eo ideo vniuerſalis, vnde primo meta. loquens de comprehenſionibus vniuerſalibus dixit & ſunt formæ,&.12.meta.com.14 forma eius quod fit eſt in anima,&.vii.meta.comm.37.eſt autem vniuerſale forma declarãs & c.& com.43.eſt autem genus forma vniuerſalis & differentia forma particularis.& primo cœli com.92.Forma.n. eſt ſubiectum vniuerſalitatis, & iſte eſt intellectus cuiuſlibet formæ. hæc autem forma eſt quidditas rei.vt habet Auer. in infinitis locis, quidditas autem non eſt ſpecies intelligibilis vt notum eſt loquendo de ſpecie impreſſa ſicut ipſe loquitur,non eſt igitur cõſentaneum rationi referre formam ad ſpeciem intelligibilem, quam nunquam ſomniauit Auer.nec præceptor eius Ariſt. 83. ad quidditatem,hinc colligitur quod anima ſecundum intellectum eſt locus formarum.ſ.vniuerſalium,& quòd forma lapidis eſt in anima, & loquitur de forma lapidis relata ad materiam non ad ſpeciem, quoniam ſtatim adiecit forma lapidis eſt in anima non materia.

1.meth.
12.met.cõ.14
7.metha.37.
com.43.
1.cęli com.92

Preterea arguitur contra Marcum Antonium Zimaram. Si ſpecies intelligibilis eſſet in intellectu formaliter ſecundum Auerroym,vt ipſe fatetur,haberet eſſe fixum & permanẽs, immò perpetuum in ipſo intellectu,ſed conſequens eſt contra Auer.8. conſequentia deducitur ſupponendo.quòd omne quod deſinit eſſe aut à ſuo contrario,aut ad corruptionem ſubiecti,aut propter abſentiam conſeruantis, aut tandem propter deſitionẽ ſui termini.Exemplũ primi vt calor,exemplũ ſecũdi vt accidentia, quæ ſunt in ſubſtantia prima.exemplum tertii vt lumen in aere, quod deſinit propter abſentiam corporis luminoſi. exemplum quarti de relatiuo deſinente propter deſitionem ſui termini. his ſtantibus deducitur conſequentia quoniam ſpecies illa in intellectu,a nullo agente expelli poſſet,vt patet inductione: ꝙ autem conſequens ſit contra Auerroym manifeſtum eſt, ex.3.de anima com.39.vbi ita ſcribit,& neceſſe eſt vt formæ ſint exiſtentes in intellectu ſecundum velocitatẽ & rẽ velocis tranſmutationis non fixam,& quòd illæ eædem formæ ſint exiſtentes extra animam in rebus ſenſibilibus ſecundum quòd habitus exiſtit in habente habitũ,& res fixa in re patiente, ſi igitur ſpecies intelligibilis remaneret in intellectu tranſeunte intellectione actuali. tunc non remaneret ſicut res velocis tranſmutationis, immò ſicut habitus.Ad hanc rationẽ Gandauenſis. tertio de anima.

Contra Zim. arg.
3.de aĩa cõ.39
1.reſpõſio gã-dauenſis.

ma.

ma.q.16.dat duas responsiones, prima, forte vult dicere Auerroys in illa auctoritate ꝙ ipsæ formæ quantum ad intellectionē actualem & quantum ad dispositionem propinquā ad intelligēdū non sunt fixæ in intellectu, sed quantum ad species. primo receptas bene sunt aliqualiter fixæ,& etiam habitus intellectus.

1.respōsio gādauensis. Secunda responsio,aliter dicunt alii,ꝙ hoc pro tanto dicit Cōmē. quia quātūcunq; species remaneat post intellectionē actualem,tamen semper indiget ad suam conseruationem phātasmate, tanquam conseruante propinquo, sicut lumen in diaphano indiget lumine corporis luminosi,& species in speculo indiget obiecto cuius est species. Talis autem forma non meretur dici habitus neq; aliquid fixum, sed res velocis transmutationis non fixa,& sequitur Ioannes respondēdo hoc autem dictū quāuis sit subtile.tamen forte non est omnino verum quia cōstat ꝙ formæ existentes extra animā in sensibilibus sunt ibi per modū habitus,& fixæ,vt dicit Cōmen. & tamen omnes formæ omniū istorū inferiorū depēdent in conseruari ab in conseruari ab in-

ī de substātia orbis. fluentia cœlesti,in tantum per se non esset cœlum,non esset aliqua istarum formarum secundum Cōment.in de substantia orbis & Arist. satis innuit in pri. Metheo.oportet mundum istum

1.meteor. contiguum esse lationibus superioribus, vt omnis uirtus inde

Impugnatio prime respon. gubernetur.Sed contra primā responsionē primò instatur auct. Auer. dicentis in eodē commento imagines enim sunt aliqua sensibilia intellectui, & sunt ei loco sensibilium,sed sunt sensibilia non materialia, ubi aperte dicit, quòd imagines siue similitudines sunt de genere rerum sensibilium.

2.ratio. Præterea Species intelligibiles non possunt habere esse fixū in intellectu,ratio quia id quod habet esse in materia extranea non habet esse fixum & per modum habitus; formæ rerum materialium etiā mediante specie intelligibili habent esse in intellectu,tāquā in materia extranea ergo nō possunt habere ibi esse fixū. Maior patet de sensibili habēte esse in medio,& in sensu tā quā ī materia extranea, in qua habēt esse velocis trāsmutatiōis.

3.ratio. Præterea Si formæ in intellectu mediante specie haberēt esse fixū & permanens: magis deberēt dici habitus in intellectu quā in materia propria, patet cōsequētia, quia firmius habent esse inintellectu,vbi nō habēt cōtrarietatē,in materia vero propria possunt expelli & habēt cōtrarietatē. Cōsequēs est antē contra Auer. dicētē, quòd illæ eædē formæ sunt existētes extra animā in rebus sensibilibus, secūdū ꝙ habitus existit in habēte habitū.

Circa

Circa secundã responsionẽ non oportet multũ morari, quoniã ipsemet Ioannes fatetur illã nõ esse verã, & notãda sunt verba illius doctiss. viri. in quibus dicit ĩ ista. q. locutus sum ut plures. 2. resp. impu.

Amplius contra Zimarã probando q intellectus nõ recipiat aliquod formaliter, sed duntaxat cõprehensiuẽ & perfectiuẽ nõ aliter recipit intellectus possibilis formas speculatiuas quã corpora cœlestia formas abstractas, & quã vna intelligentia aliam; Sed corpora cœlestia nõ possunt formaliter & inhęrenter recipere formas abstractas, neq; vna intelligẽtia aliã ergo. Maior patet auctor. Auer. 3. de aĩa cõmen. 14. vbi habet hæc verba. Intelligendũ est hic. q hæc noĩa. s. poĩa, & receptio & perfectio modo æquiuoco dicuntur cũ eis in rebus materialibus. Vnde non est opinãdũ q prima materia est causa receptionis, sed cã receptionis transmutabilis, & est receptio huius singularis, cã autẽ receptionis simpliciter est ista natura, & ex hoc modo fuit possibile q corpora cœlestia reciperẽt formas abstractas & intelligerent eas. Minor patet, quia oĩa illa sunt substantiæ ergo nõ inherenter receptibilia, hæc ratio est Alexandri Achillini. Sequitur contra Zim. 3. de anima 14

Præterea, sic ratiocinatur Marcus Antonius Zimara contra seipsum. Nulla substantia intellectualis recipit in se aliquod accidens; Sed intellectus possibilis est substãtia intellectualis ex. 3. de aĩa ergo. Maior patet. 12. metaph. cõmẽ. 15. Ad hanc rationẽ ipse respõdet inquiẽs, aĩa intellectiua potest considerari dupliciter, vno mõ in se, alio mõ ut assistit orbi humano secundũ Auer. primo modo non recipit aliquod accidens nec sua intellectio est accidens, quæ est intellectio æterna sed secundo modo bene recipit aliquod accidens, quia accidit ei, in quantum intelligentia est, q assistat orbi humano, & quòd sit ultima in genere entium abstractorum. Ratio Zim. cõtra se. 12. metha. 15. Solutio.

Contra hanc responsionẽ, sic instatur: & pro declaratione rationis, Animaduertere oportet, q de ratione subiecti accidẽtis est q habeat naturalẽ quandã potentiã passiuam ad illud suscipiendum, (loquor de accidente quod naturaliter natum est in esse illi subiecto), vt graue respectu motus deorsum, ex hoc sequitur, quòd quocunque alio variato remanẽte tamen ratione subiecti cum tali potentia illud subiectum poterit tale accidens recipere, ut patet de graui, quod siue sit in aere, siue in igne, semper poterit motum deorsum recipere, cum autem intellectus humanus habeat naturalem quandam potentiam ad suscipiendam speciem intelligibilem secundum te, & Impugnatur respon. Zima. Quid de ratione subiecti accidentis.

ipsa

ipsa nata est naturaliter esse in intellectu, sequitur necessario quòd siue sit assistens orbi humano, siue non, semper poterit illam speciem suscipere.

2.ratio. Preterea si per talem assistentiam anima intellectiua reciperet speciem, & sine tali assistentia non reciperet, sequeretur quod illa assistentia reciperet, aut esset animæ intellectiuæ ratio recipiendi, consequentia deducitur. quia in se non recipit secundum te, & per assistentiam recipit ergo aut assistentia recipit, aut dat animæ rationem recipiendi, neutrum autem est verum, ipsa enim non recipit vt notum est, neque dat animæ rationem recipiendi, quia assistentia ad corpus non est ratio recipiendi formam spiritualem, & incorpoream. Manifestum est autem, quòd species est forma spiritualis & assistentia orbi humano est assistentia ad corpus. Vnde Doctor subtilis in quarto sententiarum distin. xlv. quest. prima, dicit quòd in intellectu non est substantia speciei intelligibilis non necessario requiritur coniunctio eius ad corpus, ergo per non coniungi ad corpus non se habet aliter in recipiendo speciem intelligibilem, consequentia patet, quia substantia non aliter se habet in recipiendo accidens, propter variationem eius, quod non est ratio recipiendi illud, nec aliquo modo necessarium in recipiēdo: ipsa aūt anima secundum se est substantia speciei intelligibilis, quia aliter Angelus non posset esse substantia talium specierum, Antecedens probo, quia species ista est forma simplex, & immaterialis dicente Auerroe. 3. de anima com. 18. quòd intellectus agens transfert obiectum de ordine in ordinem, quod non intelligo nisi de ordine materialis, & extensibilis ad ordinem immaterialem, & in extensibilem, sed nihil simpliciter immaterialiter recipitur in intellectu. inquantum coniunctus est simpliciter corpori, quia si inquantum sic, vel ergo in toto primo, vel illa coniunctio erit aliqua ratio recipiendi. siue sic, siue sic receptum non erit omnino immateriale isto modo, hęc refert Scotus in illo loco.

4. sent. distin. 45. q. 1.

3. de anima 18

Roboratur opinio. Confirmatur hæc opinio auctoritate Augustini. de trinitate capit. 3. vbi ait cessante actu cogitandi nihil manet in intelligentia, sed postquam conuersa est ad memoriam recipit ab ea.

Dubitatio. Posteaquā declaratū fuit, quòd in intellectu possibili non recipitur species intelligibilis formaliter subiectiue, quispiā dubitare posset de cognitione actuali an. s. sit in intellectu possibili per realem inherentiam. hæc dubitatio soluitur ab Auerroe in tertia

tertia diſput.in ſolut.18.dubii.vbi declarat,quòd forma rei ſenſibilis,vt habet eſſe intellectuale,& ſeparatū a materia dicitur intellectus, & ratio eſt quoniam omnis forma ſeparata à materia dicitur intellectus,& ex hoc arguit Auer.argumento,à minori, ſi forma lapidis in eſſe intelligibili dicitur intellectus abſtractus ab alio, multo magis intelligentia,quæ eſt abſtracta ſecundū naturā erit ſimpliciter intellectus. Eadē quoque forma vt eſt in aīa,dicitur cōprehenſio actualis. Ad queſtionē ergo quando quæritur an cognitio actualis ſit accidens inherens intellectui realiter, reſpondeo quòd non: quoniā forma in eſſe vniuerſali habens eſſe in intellectu poſsibili vt cognitum in cognoſcente dicitur cōprehenſio, quæ non diſtinguitur re a re cōprehenſa eadē enim quidditas vt habet eſſe intellectuale dicitur intellectus quia forma abſtracta & dicitur cōprehenſio ſiue actualis cognitio in quantū eſt in intellectu poſsibili, per modū formæ in eſſe intentionali,& non in eſſe reali: vt autem appareat intentio Auerroys ponenda ſunt eius verba,vbi dicit verbi gratia lapis habet formā materialē,& eſt in materia extra animā & formā,quæ eſt cōprehenſio & intellectus. & eſt abſtracta a materia in anima. Sequitur neceſſario apud eos.ſ.philoſophos vt ſint hęc entia abſtracta ſimpliciter intellectus abſoluti quoniā cum fuerit intellectus in eo quòd eſt abſtractus ab alio, tunc ille profectò qui eſt abſtractus ſimpliciter,multo magis debet eſſe intellectus,& ſic ſequitur apud eos,vt id quod intelligunt hæ intelligentiæ ſint formæ harū entiū.ſ.in eſſe intellectuali, & ordo reperto in hoc mundo ſicut eſt in intellectu humano,nā intellectus humani.ſ.in actu nihil aliud eſt niſi cōprehendere formas entiū.ſ.in eſſe intellectuali in eo quòd ſunt abſque materia. & verificatum eſt apud eos,ex hoc ꝙ entia habent duas entitates, entitas quidē ſenſibilis & entitas intellectualis,& proportio entitatis ſenſibilis ad intellectualem eſt ſicut proportio factorum cum ſcientia facientis.

Diſpu.3.in ſolu.18.dubii.

Solutio.

Nec valet reſponſio Marci Antonii Zimaræ dicentis, quòd forma ipſa eſt cōprehenſio vel e contra, non eſt vera ſecundum prædicationē identicā,ſed cauſalē, ideo intelligenda eſt in hoc ſenſu quòd forma eſt cauſa partialis intellectionis, ſiue cōprehenſionis, quia omniū cū intellectu cauſat cōprehenſionē ſicut cauſa:hæc reſponſio directè eſt contra Auerroym aſſimilantem intellectū humanū intelligentiis in hoc,quoniā ſicut formæ rerū ſenſibiliū in eſſe intellectualis ſunt in intellectu intelligentiarum

Erratū Zim.

rũ, ita in humano intellectu, differunt autẽ, quia perficiunt intellectum humanum ob eius maximã imperfectionẽ, intellectũ vero intelligentiarũ non perficiunt, formæ autẽ in ipsis intelligentiis sunt ipsa cõprehensio per identitatem, quandoquidem in eis comprehensum & comprehensio sunt vnum & idem ergo etiam in humano intellectu.

Confirmatur Zim. error.

Præterea in eodem loco declinat Auer. quòd intellectus nullã causalitatẽ habet præcipuè effectiuã, sicut supponit ille. quoniã in cõprehensione se habet ut potentia, & forma cõprehensa vt forma & tota perfectio intellectus. & quòd hoc sit manifestũ videamus verba Auerroys dicẽtis Et quoniã cõparauerunt, inter has intelligentias separatas & intellectũ humanũ tenuerunt quòd istæ intelligentię sunt excelsiores intellectu humano, licet cõicent cũ intellectu humano, cũ intellectu earũ sint formæ entiũ, & forma vniuscuiúsque earũ est id quod cõprehendunt ex formis entiũ, & ordine eorũ, vt intellectus humanus est id quod cõprehendit ex formis entiũ & ordine eorũ; Sed differunt, quoniã formæ eędem sunt causa intellectus humani, perficitur enim ab eis, sicut perficitur res quæ reperitur cum forma sua, Ecce ꝙ tota perfectio quæ est in intellectu possibili est ab obiecto tanquã a forma, manifestũ est autẽ secundũ Auer. quòd tota perfectio rei est a forma. & ideo cũ apprehensio intellectus sit quædã pfectio iõ nõ ab ĩtellectu oritur sed dũtaxat à forma ĩtelligibili.

Impugnatio modernorũ. 1. fundamẽtũ.

Contra hanc opinionẽ instante Moderni. duobus fundamentis. Primũ fundamentũ, quod accidit alicui præter eius corruptionem est accidens; Sed comprehensio actualis accidit intellectui pręter eius corruptionem ergo &c.

2 fundamẽtũ.

Secundũ fundamentũ, quod aduenit enti cõpleto in specie est accidens, comprehensio actualis aduenit intellectui, siue homini per intellectum, tanquàm enti completo in specie ergo comprehensio actualis est accidens.

Responsio.

Respondetur, quòd cũ cõprehensio siue intellectio nil aliud sit quã forma intellecta vt dictũ est, forma uero intellecta ĩ esse vniuersali nõ est in intellectu per formalẽ inhærentiã, sed duntaxat per quandã præsentialitatẽ, & sicut cognitũ in cognoscẽte, siue sicut locatum, in loco 3. de anima text. 6. ideo intellectio non est in intellectu per formalem inhęrentiam.

3. de anima. tex. 6.

Primum fundamentum diluitur.

Ad primũ fundamentũ respõdetur, quòd sicut intellecta vniuersalia semper sunt in intellectu, ita intellectiones semper sunt in eo: innouatio uero intellectionis accidit respectu nostri, vel aliter

aliter dicendum est, quòd intellectio accidit intellectui non realiter, sed intentionaliter.

Ad secundum fundamentum dicitur, quòd id quod aduenit enti, &c. est in duplici differentia.s.realiter, & intentionaliter realiter maior est vera, minor falsa. Si non intentionaliter maior est falsa & minor vera. Intellectio enim accidit homini vt accidens intentionale, & non reale. 2. fundamentum diluitur.

Hanc opinionem sequitur solennis ille doctor Henricus Gădauensis quolib.iiii.quest.vii.&.viii.& sic ratiocinatur. Si daretur species intelligibilis existens formaliter in intellectu possibili hoc maxime esset ad repræsentădum vniuersale intellectui: sed nulla species potest vniuersale representare ergo: maior nota est, minor probatur, quia omnis species impressa ab obiecto representat illud sub illa ratione, qua imprimitur ab eo; & si imprimitur ab alio, adhuc representat sub eadem ratione, sub qua representaret si imprimeretur ab obiecto; alioquin non esset vera species eius; sed species quando imprimitur ab obiecto imprimitur ab eo, vt singulare est, quia actio est singularis, ergo species impressa quodcunque nō potest representare vniuersale, quale representatur intellectui, ergo nulla species impressa representat intelligibile sub ratione intelligibilis vel vniuersalis. Modus autem ponendi est iste, habita impressione speciei sensibilis in organum sensus, ex toto illo processu vsque ad virtutem phantasticam, intellectus agens abstrahit ab ipso obiecto in phantasmate, & immutat intellectum possibilem ad simplicem apprehensionem essentiæ; ita tamen quòd intellectus possibilis nullam speciem impressam recipit à phantasmate; nec est obiectum præsens intellectui; nisi quia species præsens est in imaginatione, & hoc probatur ex ista deductione; sensus enim recipit speciem aliam ab actu, vel quia organum est eiusdem rationis cum medio, vel quia species illa recepta est dispositio propinqua ad actum sentiendi recipiendum, neutrum istorum concurrit in intellectu, est enim intellectus virtus non organica, & de se summe disposita ad actum intelligendi; igitur intellectus nullam speciem recipit priorem actu. Hæc dicitur esse intentio Arist.3.de anima, vbi commendat antiquos dicentes, animam esse locum specierū non totā, sed intellectiuam: hæc autem dist. Arist. non uidetur esse bona, intelligendo quòd aliæ partes non habent species; sunt enim species in parte sensitiua: Sed quia aliæ partes non habent species, vt loca, sed vt subiecta habēt accidentia,

Opinio herrici.

Declaratur opi.herr.

3.de anima.

çideutia; Intellectus autem habet eas, vt locus, quia vt formam expressam non impressam. hoc etiam accipitur ex eo quod dicitur tertio de anima, quòd speculamur quod quidem in phantasmatibus, & quòd phantasmata se habent ad intellectũ, sicut sensibilia ad sensum, & ꝙ nihil intelligemus sine phantasmate & plura similia dicit Philosophus, ex his concludit, ꝙ nullam ponit spẽm intelligibilem, quia si ipsa poneretur, intellectus non specularetur quod quid est in phantasmatibus, sed in specie intelligibili: similiter nõ oporteret: intellectum conuerti ad phãtasmata, sed sufficeret species intelligibilis, in qua haberet obiectum presens ad quam conuerteretur. Si arguitur contra hoc quia per Philosophum ibidem necesse est, ꝙ aut res sint in anima, aut species earum, &c. res non sunt ergo species. Dicit ꝙ ex parte intellectus est species impressa, quæ est actus, vel habitus, vel species expressa, quæ est species in phantasmate, vel quidditas, quæ quidditas relucens in phantasmate est species respectu singularis. Non .n. hic lapis est in anima, sed quidditas quæ est species respectu huius lapidis.

Arguitur. Respõdetur.

In hac conclusione negatiua .s. ꝙ nõ sint ponende species impresse siue formaliter in intellectu possibili conuenit Ioannes Anglicus secundò sententiarum distinct. 6. arti. 3. vbi ita scribit contra Scotum. Scotus cum aliis ponit ꝙ necessario, ad hoc quod aliquod intelligibile intelligatur imprimetur species illius intelligibilis in intellectu, vt per illam speciẽ intellectus informetur, & determinetur ad illud intelligibile, ita ꝙ non ad aliud, quod probant primo per authoritates, secundo p rõnes.

Opinio Ioannis anglici. 2 sent. dist. 6. arti. 3.

Prima authoritas est Aris. 3. de anima tex. 16. vbi commẽdat antiquos dicentes animam esse locum specierum, ergo in intellectu oportet ponere species impressas. Item tertio de anima Cõm. cõm. tertio dicit, ꝙ intellectus non habet de intentione passionis, nisi formam q̃ comprehendit, & Cõm. formã vocat speciem, ergo in intellectu sunt species impresse. Per rationem hoc idem particulariter sic. Omnis cognitio fit per assimilationem ergo ante cognitionem oportet potentiam assimilari obiecto. Sed potentia ante cognitionem non potest assimilari obiecto nisi per speciem ipsius obiecti ergo, &c. Multæ aliæ rationes possunt adduci, quæ ex solutione istarum faciliter soluentur.

3. de aïa 6. 3. de aïa 3. Ratio anglic.

Contra hanc sententiam Scoti sic ratiocinatur Ioannes Anglicus, si daretur species impressa in intellectu, hoc necessario esset

Arguit cõtra Scotum

esset secundum Scotum vt præcederet actualem intellectionẽ, aut anima assimilaretur obiecto ante intellectionem, aut extraheret intellectum possibilem de potentia essentiali ad actum. Sed neutrum istorum est dicendum ergo non oportet ponere hanc speciem impressam, probatur antecedens quo ad primã partem, quoniam Arist. 3. de anima tex. 14. dicit quoniam potẽtia quodammodo est intellectus intelligibilia, sed actu nihil antequam intelligat ergo secundum Aristo. id quod primo receptum est in intellectu est ipsum intelligere. Secunda pars probatur, quoniam intellectus per intelligere producit obiectum in esse cognito, quod assimilatur rei extra animam, ita ꝙ similitudo obiecti non prçcedit actualem cognitionem, Sed connascitur cum ea. Tertia pars antecedẽtis quoniam si species esset impressa in intellectu deducens intellectum de potentia essentiali ad potentiam accidentalem ante actum intelligendi, & tabellæ nudæ, Aristo. frustra, & sine ratione assimilasset intellectum loco vt patet tertio de anima tex tu 6. & tex. 14. patet consequẽtia quoniam inter locum, & receptionem actualẽ locati nihil mediat, pari ratione inter tabellam nudam, & figuram actualiter receptam educens tabellam de potentia essentiali ad potẽtiam accidentalem, & ideo in cassum laborasset Aristo. declarãdo naturam huius intellectus possibilis, ratione sumpta ex similitudine, per ea quæ non sunt similia vnde Auer. cõm. 14. tertii de anima dicit, & hoc exemplum quod induxit valde est simile dispositioni intellectus, qui est in potentia, quemadmodum. n. tabella nullam habet picturam actu, neque in potentia propinqua actui, ita in intellectu materiali non est aliqua formarũ intellectarum quas recipit, neque in actu, neque in potentia propinqua actui, & voco hic potentiam propinquam actui dispositionem mediam inter remotam potentiam, & postremam perfectionem, & hoc est vt non sit in eo intentio, quæ sit in potentia intellecta, & hoc est propriũ soli intellectui, perfectio enim prima sentientis est aliquid in actu respectu potentiæ remotæ, & est aliquid in potentia respectu extremæ perfectionis, &c.

3. de aĩa. 14.

3. de aĩa. 6. & 14.

3. de aĩa com. 14.

Respondetur ꝙ Philosophus vult, ꝙ non sit ponenda species impressa vt sit intellectui ratio recipiẽdi sicut nec in tabella est ponenda dispositio media inter potentiam receptiuã, & colorem non tamen negat speciem in ratione representandi obiectum in eius absentia. Contra philosophus ponit ꝙ intelligere est primum quod recipere in intellectu, quasi hoc sufficiat

Respondetur ad anglicum.

Contra respõsionem.

contra opinionem ponentium intellectum mixtum ex omnibus, vt intelligeret. Sed illa mixtio non ponebatur nisi vt esset mixtio similitudinaria, vt simile simile cognosceret, vt patet primo de anima. Mixtio autem similitudinaria ponenda fuit propter repræsentationē, (vt ibi patet) ergo philosophus vult quòd intelligere est sufficiens repræsentatiuum sine omni specie preuia. Multa alia refert Ioannes Anglicus contra Scotum quæ longum esset enarrare.

1. de anima.

Ioannes etiam Gandauensis super 3. de anima. q. 14. nititur soluere has rationes, Sed iudicio meo non soluit.

Quanti ponderis sint rationes gandauensis.

Ab hac opinione non discrepat Alexander Achillinus quolib 3. dub 3. circa finem, vbi duas conclusiones colligit de mente Auerro. quarum prima. Species intelligibiles rerum sensibilium nil aliud sint quam existentia rerum in esse diminuto, & intentionali existentes in intellectu sicut locatum in loco. 3. de anima text. 6. Inter alias rationes quas commemorat ille doctissimus vir hæc videtur esse potissima. 1. Si species intelligibilis reciperetur in anima per impressionem periret demonstratio tertii de anima text. comment. 4. Omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti, sed intellectus possibilis est recipiens omnes formas materiales ergo intellectus possibilis non est forma materialis. Si ratio valet non recipit intellectus possibilis speciem intelligibilem naturaliter distinctam ab obiecto, probatur, quia si sic non concluderet demonstratio nisi intellectum possibilem non esse speciem intelligibilem, quia recipiens distinguitur à recepto, & per te receptum est species intelligibilis ergo intellectus possibilis non est species intelligibilis, & quia ponis secundum Comment. speciem intelligibilem realiter distinctam ab obiecto, & specifice sufficit pro demonstratione Aristote quòd inter recipiens, & receptum sit specifica distinctio ergo non repugnat intellectum possibilem esse formam materialem, & esse cognoscitiuum materialium, quia intellectus possibilis secundum te non recipit materialia, sed speciem intelligibilem distinctam à re materiali, & ab intellectu possibili. Confirmatur tertio de anima comment. 3 vbi habet Auerro. hæc verba formalia, & non habet intellectus de intentione passionis nisi hoc, quod recipit formam quam comprehendit, ex hac exceptiua negatiua sequitur quòd nihil nō formam comprehensam recipit ergo si reciperet speciem cōprehenderet eam, quod falsum est, est enim ratio cognoscendi non

Determinatio Alexādri achillini quo lib. 3. dub. 3.

3. de aïa. 6.

Ratio achillini.

3. de aïa. 4.

Confirmatur 3. de aïa. 3.

di non cognita. Hanc rationem nititur soluere Marcus Anto nius Zimara in quęstione sua ordinaria de speciebus intelligibilibus, vbi soluendo ita scribit, quando enim ipse arguit, ꝙ si intellectus possibilis nō reciperet formas materiales, sed species earum non concluderet demonstratio philosophi in tex. comment. 4 tertio de anima, ꝙ intellectus possibilis secundum essentiam sit denudatus à materialitate, nego hoc, imò dico, ꝙ ex hoc ꝙ intellectus possibilis recipit omnes intelligibiles rerū materialium ex hoc concluditur, ꝙ intellectus possibilis sit abstractus à materia. Nam demonstratio illa vt habet ibi Auerr. fundatur super duas propositiones, quarum vna est, omne recipiens, &c. Secunda verò, propositio est, ꝙ intellectus possibilis recipit oēs formas materiales, modo cum non sit maior rō de vna, q̃ de alia, si intellectus possibilis esset forma materialis tūc idem reciperet spēm sui ipsius, & tunc idē esset mouens, & motum, &c. Hic vir multū aberrat qm̄ cum spēs intelligibilis secundum eius doctrinam sit accidens reale distiintum ab obiecto, Ideo si intellectus reciperet speciem sui, recipiens esset diuersum à recepto, quia recipiens est substantia, & receptum accidens, manifestum est autem substantiam esse diuersam ab accidente, si verò intellectus, esset forma materialis, & reciperet eandem formam materialem tunc necessario idē reciperet se, & idem esset mouens, & motum, &c. hoc ergo modo conclu dit demonstratio illa. Solutio Zim. 3. de anima tex. 3. Erratū Zimæ.

Secunda conclusio. Nullum Accidens secundum esse reale inheret intellectui possibili, à quo denominari possit denominatione intrinseca. Conclusio. 2

Aduersus sententiam horum doctissimorum Virorum Marcus Antonius Zimara compilauit quandam quæstionem in qua ita scribit. Alia est opinio quorundam modernorum Auerroystarum, qui tenent non dari species intelligibiles ad mentē Auerroys, & isti imaginantur ꝙ intellectio nihil aliud sit secundum rem nisi forma, & quidditas intellecta, vel comprehensa, verbi gratia quidditas lapidis, & est res intellecta & est ipsa intellectio, vt.n. est abstracta à materia, & conditionibus illius dicitur quidditas, vt verò est recepta in intellectu non subiectiuè, sed obiectiuè, & perfectiuè dicitur intellectio. Ponūtur verba Zim.

Fundamentum autem huius opinionis est auctoritas Cōm. in lib. destruct. dispu. 3. in solutione dubii. 18. ibi. n. habet Auer. hæc verba, ꝙ q̄libet forma habet esse duob. mod. videlicet esse intelligi- dest. dest. disp. 3. dub. 18.

intelligibile; quoniam comprehenditur separatum à materia ab intellectu,& esse sensibile,videlicet id quod habet accidentaliter de materia,verbi gratia lapis sine dubio habet formam naturalem extra animam,& aliam formam, quæ est intellectio, & comprehensio facta in anima prout rationalis capit eam separatam. Ex quibus verbis apparet ꝙ Comment. non dixit,ꝙ habet aliam formam,quæ est species intelligibilis, sed dixit, ꝙ habet aliam formam,quæ est intellectio,& comprehensio facta in anima. Et propter hoc ista opinio tenet ad mentem Auerrois ꝙ intellectus possibilis non recipit species intelligibiles, sed recipit quidditates rerum non subiectiuè,sed obiectiuè.Vnde quidditates rerum abstractę à materia per intellectum agentem obiectiuè recipiuntur in intellectu possibili. Sed licet ista opinio fuerit doctoris solennis Henrici de Gandauo, & sit opinio quorundam Auerroistarum Neapolitanorum, qui licet sint amici nostri, tamen quia vt habet philosophus,& commēt.

1.cęli.101. in primo cœli in tex.commen.centesimi primi. Disputatio dicitur esse remota ab odio,& amicitia. Et quia duobus existentibus amicis sanctum est præhonorare veritatē ex primo.Ethi-

1.cęli.' corum,quia ista opinio non est Auer.ideo arguam contra ipsam ex fundamentis Auer.& primo sic. Si intellectus possibilis reciperet solum obiectiuè,& non subiectiuè,sequeretur ꝙ demonstratio philosophi in 3.de anima in tex.commen. 4.secundum expositionem Commentatoris esset in quatuor terminis. consequens est falsum.ergo,&c. probatur autem sequela quia secundum Commentatorem illa demonstratio fundatur super duas propositiones quarum prima est,ꝙ omne recipiens dicitur esse denudatum à natura recepti. Secunda autem propositio est,ꝙ iste intellectus recipit omnes formas. Prima autem propositio patet ꝙ non habet veritatem nisi de recipiente subiectiuè,& non de recipiēte obiectiuè solum. Nam certum est ꝙ intellectus possibilis recipit seipsum obiectiuè,& non est denudatus à seipso.& ita illa propositio habet veritatem de recipiente subiectiuè,quod patet ex probatione Auerrois ibi, vbi ipse probat illam propositionem inductiuè de sensu visus, & de sensu auditu,inquit,n.quod sensus recipiens colorem caret colore,& sensus recipiens sonum caret sono.patet autem ꝙ tales sensus recipiunt species sensibiles subiectiuè,& non solum obiectiuè. Illa igitur propositio habet locum de recipiente subiectiuè,quod etiam patet per Albertum ibidem deinde.n.ꝙ illa

Impugnatio Zima. contra aliorum positiones. prima rō 3.de aīa.4.

illa propoſitio. Omne recipiens dicetur eſſe denudatum à natura recepti in potentiis receptiuis eſt neceſſaria,ſicut eſt in materia in omnibus,& potentiis ſenſuum,patet autem ꝙ materia, & ſenſus recipiunt ſubiectiuè. Si igitur maior iſta intelligitur de recipiente ſubiectiuè,& minor quæ eſt ꝙ intellectus poſsibilis recipit omnes formas habet veritatẽ de receptione obiectiua. Tunc clare patet ꝙ argumentum philoſophi eſt in quatuor terminis.

Secundo principaliter arguitur. Si intellectus poſsibilis nõ reciperet ſpecies intelligibiles,ſequeretur ꝙ eſſentia intellectus agentis eſſet ocioſa in natura. Conſequens eſt contra philoſophum in 3.de anima tex.comment.17.vbi probat ꝙ neceſſario eſt ponendus intellectus agens,probatur autem ſequela, quia ſi non darentur ſpecies intelligibiles,tũc nulla eſſet realis actio intellectus agentis,& per conſequens intellectus agens fruſtra ponitur. patet conſequentia. Nam vt habet Comment. in 9. methap.in tex.comment.7.quando entia non habent actiones proprias non habent eſſentias proprias, patet autem conſequẽtia,quia ſi aliqua eſt realis actio intellectus agentis maximè eſt productio ipſarum intelligibilium ſpecierum,ſed iſta per te nõ datur ergo,&c. Fortè dices, ꝙ actio intellectus agentis eſt illuſtrare phantaſmata,ſed contra quæro à te quid ſit illa illuſtratio,vel eſt ſubſtantia,vel accidens,non primum vt ſupra probaui. contra primam opinionem, nec ſecundum quia tunc cum iſta illuſtratio,quæ eſt accidens recipiatur in phantaſmate, ſignate reciperetur:ſequela autem ſupra à me declarata fuit.Fortè dices ꝙ actio realis intellectus agentis eſt cauſare actũ intelligendi in intellectu poſsibili,ſed hoc non poteſt ſtare. Nam primus terminus actionis realis intellectus agentis ſecundum Auerro.eſt vniuerſale in actu,vt patet in comment.5.& in commen.18.tertio de anima,vbi habet ꝙ intellectus agens de potẽtia intellectus facit actu intellecta. Cum igitur ita ſit, quòd vniuerſale in actu eſt primus terminus actionis realis intellectus agentis.Tale autem natura præcedit actum intelligendi, ſicut cauſa natura præcedit cauſatum. Et ex conſequenti, non potes dicere quòd prima actio intellectus agentis ſit producere actum intelligendi in intellectu poſsibili.

Secunda ratio Zim.
3.de aña.17.
9.metaph.cõmen.7.
Euaſio.
Obiectio.
Euaſio.
Obiectio.
3.de aña com.5.& 18.

Tertio principaliter arguitur. Si intellectus poſsibilis recipit quidditates abſtractas à materia obiectiuè ſolum. Quæro à te vbi ſunt ſubiectiuè iſte quidditates abſtractæ pro intellectum

Tertia ratio Zim.

ctum agentem, vel sunt in intellectu posibili, vel in intellectu agente, vel hæ sunt in cogitatiua, vel in phantasmate existente. in cogitatiua, vel nullibi sunt. Non potest dari per te primũ, quia tu negas intellectum posibilem aliquid recipere subiectiuè, nec secundum, quia intellectus agens est prima actio teste
3. de aĩa. 19. Auerroe in 3 de anima. in comment. 19. & nihil recipit, nec tertium, quia omne subiectiuè receptum in quanto & extenso est quantum & extensum secundum Auerroem. Et ita si istæ quidditates abstractæ per intellectum agentem essent subiectiuè
Alia ratio in cogitatiua essent quantæ, & signatæ, & sic simul essent abstra
Alia ratio ctæ, & non abstractæ, signatæ, & non signatæ. Præterea sequeretur, quòd aliquid imposibile recipi in aliquo, reciperetur in eo. Præterea sequeretur, quòd aliquod naturaliter representans secundum vltimum virtutis suæ simul, & semel representaret, & eandem naturã sub rationibus oppositis, quod est imposibile. Patet consequentia, Nam quidditas relucens in phantasmate existente in cogitatiua representaret ipsi cogitatiuæ ipsam naturam signate, & eadem representaret intellectui posibili vniuersaliter, hoc autem est imposibile quia idem manẽs idem non potest representare idem simul sub rationibus oppo
Ensio sitis forte dices quòd hoc est respectu diuersorum. Nam secundum se signate representat. tamen ratione intellectus agẽtis representat vniuersaliter, quia intellectus agens est qui facit
Arguitur contra. vniuersalitatem in rebus, vt patet primo de anima comment.
1. de aĩa. 8. 8. Sed contra. Arguo vt prius quid producit ipse intellectus agens in ipsum phantasma, vel aliquid, vel nihil, & si aliquid, vel illud est substantia, vel accidens, & arguatur, vt supra argutum est. Nec potest dici quartum, quòd tales quidditates abstractæ subiectiuæ sint in phantasmate Quia hoc Commentator ex intento destruxit contra Auempacem in commen. 5. & in commen 30. tertii de anima. Auempace. n. posuit, quòd intentiones imaginatæ subiectiuè recipiunt quidditates abstractas à materia per intellectum agentem. Dicit. n. in commen.
3. de aĩa cõ. 5. 5. tertii de anima Commentator loquens de intentionibus sic, & hoc subiectum in intellectu quod est motor illis quoquomodo est illud, quod reputauit Auempace esse recipiens, quia inuenit ipsum quandoque intellectum in potentia, & quandoq; intellectum in actu. Et ista est dispositio subiecti recipientis, &
3. de aĩa. 3. Quid albertus magnus. existimauit conuersionem, & eandem sententiam habet Commentator in tertio de anima. in comment. 3. licet Albertus Magnus

Magnus tractatu secundo capi. sexto in tertio, de anima recitãs opinionem Abubacher, & Auempace dicit, quòd secundum istos, quidditates istæ abstractæ nullibi sunt subiectiuè, sed sunt vbique & semper. Sed ista expositio aduersatur Auerroi in locis præallegatis sicut vides. Nec potest dari quòd istæ quidditates sint nullibi, quia quæro de istis quidditatibus, aut istæ quidditates sunt substantia, aut accidens, & si substantia, aut igitur sunt substãtiæ i materiales, aut sunt substãtiæ materiales, nõ potest dari primum, quia omnis substantia immaterialis totaliter à materia separata est intelligens, & intellectum, & est vna intelligentia, vt patet ab Auerroe in primo capitulo de substantia orbis, & in tertio, de anima in infinitis locis. Si secundum, aut igitur materia, aut forma, aut compositum. Et quicquid istorum detur, patet, quòd vnumquodque alicubi est, quia omne tale est cum quantitatibus interminatis, & incerta differentia temporis secundum Auerroem. 1. cap. de substantia orbis 3. de anima.

Hæc tria fundamenta huius viri non concludũt: ad primum dicitur, quòd receptiuum est in triplici differentia, quoddam dicitur receptiuum formaliter, & subiectiuè tantum, vt materia, & prima substantia quæ primo, & principaliter substare dicitur, Alterum non receptiuum subiectiuè, & comprehensiuè, vt sensus, qui non solum secundum quosdam suscipit species impressas à sensibilibus, sed illa etiam comprehendit. Tertium non est receptiuum comprehensiuè, siue obiectiuè, & perfectiuè, tãtum vt intellectus possibilis. Animaduertere etiam oportet, ꝙ Aristo. in illa ratione, non comparat intellectum ad seipsum, sed ad formas rerum naturalium, vult enim ostendere ipsum esse denudatum à formis materialibus, quando ergo dicit in argumentatione sua, quomodo intelligitur hæc propositio receptiuum debet esse denudatum ad natura recepti hæc intelligitur vniuersaliter in omni receptione. s. formali, & cõprehensiua, minor autem. s. intellectus recipit omnes intentiones formarum materialium, hæc minor intelligenda est de receptione comprehensiua, & perfectiua tantum, ergo est denudatus à formis materialibus, quòd autem minor sit hoc pacto intelligenda manifestum est exponendo Auerroem per Arist. qui in text. 4. non erigit rationem in forma syllogistica, sed facit vnum enthimema non enim dixit, quoniam natura recipit formaliter, sed quoniam omnia comprehẽdit necesse est ipsum esse immixtum, & si quis dubitaret, si maior intelligenda est Arguitur Zima. Dubitatio.

H de omni

Reſpõſio Alexandri. de omni receptione ſe quando ꝙ intellectus erit denudatus à ſeipſo. Reſpondetur ſecundum Alexandrum ꝙ duplex eſt receptio comprehenſiua per ſe,& per accidens:in prima receptione recipiens,& receptum,ſunt neceſſario diſtincta:in receptione vero per accidens, & ratione alterius non oportet illa eſſe diſtincta. Aliter poteſt dici,quòd receptio comprehenſiua eſt in duplici differentia,altera eſt prima, altera, ſecunda: in prima intellectus recipit formas rerum materialium ſiue,vt Scotus diceret ſenſibilium,& in tali receptione recipiens, & receptum ſunt diſtricta.in ſecunda autem, quia per quendam diſcurſum intelligit ſe poſt intelligere aliorum,& in tali receptione ſecunda ſiue per quendam diſcurſum recipiens,ad receptũ non oportet eſſe diſtincta.

Alia reſpõſio

Scoti declaratio. Sco.vera in ſecunda diſt.1.q.8.reſpondendo ad tertium principale dicit,ad tertium dico ꝙ ratio iſtius propoſitionis maioris in potentiis ſenſitiuis eſt iſta,quòd omnis potentia ſenſitiua requirit determinatum organum,vnde ex determinato numero potentiarum organicarum concludit philoſophus ſecundo

2.de aĩa.128. de anima tex.commen. 128. determinatum numerum actionum,vel obiectorum,iſtud autem organum oportet ita eſſe diſpoſitũ,vt poſſit recipere ipſum ſenſibile ſine materia,& in corporalibus quicquid eſt receptiuum formæ ſine materia non eſt receptiuum formæ communiter cum materia,ideo dico communiter,quia non eſt modo ſermo de organo tactus de quo eſt difficultas ſpecialis,organum igitur ſenſus oportet eſſe non tale hoc eſt carens obiecto ſecundum ſuum eſſe materiale, & ſenſibile, non tantum in actu,ſed etiam potentia ꝙ non ſit receptiuum iſtius ſecundum eſſe materiale ſecũdum ꝙ eſſe ipſum eſt obiectum ſenſus, ſicut bene apparet de colore cuius receptiuum ſecundum eſſe materiale eſt ſuperficies corporis terminati,receptiuum autem eius ſine materia eſt corpus perſpicuũ ſiue non terminatum,& ita oppoſitæ diſpoſitiones requiruntur in organo ſenſus quod debet eſſe receptiuum ſenſibilis ſine materia,& in eo quod debet recipere obiectum ſecundum eſſe materiale, ideo oportet organum denudari à forma quam recipit,& per conſequens ſenſus qui eſt in tali organo, ex hoc ſe-

3.de anima. quitur propoſitum philoſophi 3. de anima, ꝙ intellectus non ſit potentia organica, & ideo ſeparatur ab omni materia,ſicut ab omni organo quo operatur, ſi enim requireret aliquod illud eſſet determinatæ diſpoſitionis ſicut eſt omne organũ corporeum,

poreum: & ideo, ex hoc quod esset receptiuus aliquorum secũdum esse materiale determinatum propter determinatam dispositionem corporis, non esset receptiuus omnium formarũ corporalium secundum esse immateriale; & ita intellectus non posset recipere formas omnium naturalium, vt obiectorum si esset virtus materialis, & organica, tamen hoc habito, q̃ sit nõ organica, non oportet ipsum esse non totale realiter quale illud cuius debet esse receptiuus intellectualiter, nõ enim oportet oppositam esse dispositionem in receptiuo alicuius realiter & intellectualiter supposito, quòd intellectus non sit virtus organica. Idem enim intellectus potest esse ipsemet realiter, & in actu per habitum realiter, & tamen receptiuus intellectualiter & sui, & habitus: & cuiuscunq; informantis eum realiter: & est tota ratio: quia talia sic recepta intellectualiter non requirunt in recipiente determinatam dispositionem oppositam enti intelligibili reali, ista igitur propositio, quæ dicit, quòd oportet cognoscens esse non tale, vel esse denudatum ab eo, quod cognoscit, vel recipit, & à ratione cognoscendi si generaliter accipiatur concludit omnem intellectum esse nihil: quia omnis intellectus secundum se est totius entis: & ita ipse nihil erit entium, & intellectus iste est falsus: sed tantum non est materiale, vel organicum, vt sit capax omnium, quia si esset materiale, vel organicum: esset tantum capax aliquorũ sine materia, quorum talis receptio non repugnaret sue entitati materiali, suæ autem entitati intellectuali non repugnat receptio intelletualis quorumcunque. Pro solutione secundæ rationis animaduertere oportet, quòd Scotus, & sequentes eius sententiam in prima distin. 3. q. 6. dicunt, quòd cum intellectus agens sit potẽtia mere actiua secundum philosophũ, quia est, id quo non est omnia facere, sicut possibilis, quo est omnia fieri, & secundum philosophum est sicut ars ad materiam, & ita comparatur ad intellectum possibilem sicut ars ad materiam. Omnis autẽ actio realis habet aliquem terminum realem, & vnum ideo secũdum Sco. Primus terminus actionis intellectus agentis dicitur esse species intelligibilis causata ab eo tanquam à causa vniuersali, & à phantasmate tanquam à causa particulari, phãtasma enim non est sufficiens causa, quando quidem causa æquiuoca totalis est perfectior suo effectu certum est autem phantasma non excedere speciem, sed esse cõtra cum sit magis spiritualis, reperitur igitur virtus intellectus agentis à qua habet, quòd ipsa spe

Sco. in primo dist. 3. q. 6.

cies representet obiectum vniuersaliter, quòd autem species intelligibilis sit huius obiecti, vel illius, hoc est à phantasmate tanquam à causa particulari, per hanc speciem causatam in intellectu possibili transfertur tam intellectus possibilis, quam obiectum de potentia ad actum, intellectus quidem de potentia essentiali ad potentiam accidentalem, obiectum verò de potentia intelligibile fit actu intelligibile. Tale enim esse acquirit obiectum per participationem, quale esse habet species representatiua obiecti, & quoniam species habet esse separatum à conditionibus materialibus, id representat obiectū sub esse vniuersali, & separato à conditionibus materialibus, tale.n. esse acquisiuit per participationem, hoc igitur modo transfertur obiectum per productionem speciei de ordine singularium, & sensibilium, terminus igitur actionis intellectus agentis est species intelligibilis (secūdum Scotum) producta in intellectu possibili præcedens natura, vel tempore actum intelligendi, & propter hanc actionē Arist. posuit intellectum agentē vnde Auer

3. de aīa. 18. ro. 3. de anima com. 18. dicit si essentiæ rerum essent abstractæ sicut posuit Plato non opus esset intellectu agente.

Determinatio Zimare. Hanc opinionem sequitur Marcus Antonius Zimara, vt refert in sua quæstione ordinaria dicēs. Restat modo ponere opinionem quam credo esse veram ad mentem Auerro, videlicet ꝙ species intelligibiles ad mentem Auer. & Arist. dantur cuius

3. de aīa 38. irrefragabile argumentum est istud Arist. n. in 3. de anima text. com. 38. postquam præmiserat in tex. commen 37. ꝙ anima est quodammodo omnia. Nam per sensum est omnia sensibilia, & per intellectum est omnia intelligibilia, ibi determinat quō sit hoc. An videlicet sit omnia secundum esse reale, an secundum esse spirituale, & finaliter concludit, ꝙ anima est omnia secundum speciem. Et idem sensit Auer. in com. pro hac autem opinione faciunt omnes auctoritates Auerro. quas adduxi contra alias opiniones. Modus autem istius positionis meæ est iste ad mentem Auer. videlicet, ꝙ phantasma existēs in cogitatiua vna cum intellectu agente concurrunt ad causandum speciem intelligibilē in intellectu possibili, ita ꝙ intellectus agens est principalius concurrens ad istam productionem specierum, quam sit ipsum phātasma, talis autem species intelligibilis subiectiuè recipitur in intellectu possibili, & dico vlterius, quòd dum species intelligibilis subiectiuè causatur in intellectu possibibi,

quiddi-

quidditas relucens in ſpecie ad cauſationem ſpeciei cauſatur obiectiuè, & repreſentatiuè. Et dico vlterius, quòd tales ſpecies intelligibiles ſecundum Auerro. ſunt colligatæ cum intentionibus imaginatis, vt patet ab Auerroe in tertio, comment. tertio de anima. 3.de aïa cõ.3.

Alii verò contradicentes Doctori ſubtili dicunt, quòd terminus actionis intellectus agentis eſt forma ſpiritualis in phãtaſmate impreſſa, & hæc dicitur phantaſmatis illuminatio ſiue irradiatio, hæc autem forma ſpiritualis non habet eſſe proxima, & permanens in ipſo phantaſmate, ſed velocis tranſmutationis quemadmodum virtus artis exiſtit in inſtrumento actu ab artifice moto, & veluti ſermo audibilis eſt cauſa exiſtens diſciplinæ ſecundum philoſophum, in principio de ſenſu & ſenſato, & quando ratiocinatur contra eos forma ſpiritualis non poteſt eſſe in phantaſmate, quandoquidem receptum eſt in recipiente per modum recipientis, phantaſma autem aliquo modo eſt corporale ergo non poteſt recipere formam ſpiritualem. Reſpondent quòd forma ſpiritualis non poteſt eſſe in aliquo corporeo in eſſe quieto, & perfecto. Sed in fieri, & in eſſe intentionali non inconuenit, quẽadmodum dicunt Theologi de virtute exiſtente in aqua Baptiſmi, de qua Auguſtinus ſuper Ioannem homil. 80. dicit quæ eſt tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat? de qua virtute dicebat magis & ſententiarum teſtimonio Beati Auguſtini, quòd Chriſtus Saluator noſter quando fuit Baptizatus à Ioanne ex contactu ſuæ mundisſimæ carnis dedit virtutem quandam ſpiritualem ipſi aquæ, ſed illa virtus non habet eſſe perfectum, ſed imperfectum, & in fieri. Sed hæc opinio non poteſt ſtare, quoniam illa forma ſpiritualis impreſſa phantaſmati, aut eſſet vniuerſalis, aut ſingularis, non vniuerſalis, vt notum eſt ergo ſingularis, & ita eſſet ratio repreſentandi ſingulare, fruſtra igitur poneretur. Preterea S. Bonauentu. & Scotus in quarto diſtinctione prima quæſtione quinta fortisſimis rationibus redarguunt hanc opinionem. Sequitur igitur tertius modus dicendi, quòd terminus actionis intellectus agentis non eſt ſpecies intelligibilis vt teſtatur Doctor ſubtilis, neque aliqua forma impreſſa phantaſmati, ſed forma in eſſe vniuerſali actu comprehenſa ab intellectu posſibili, vnde hæc tria videntur habere neceſſariam connexionem, ita quòd vnum non ſeparatur

Contradicitur Scoto.

Obiectio.

Solutio.

Impugnatio.

In 4. diſtin. prima.q.5.

Tertius modus dicendi.

ſeparatur ab alio,& maxime in prima operatione intellectus, & hæc videntur fieri in eodem inſtanti, ſcilicet operatio cogitatiuæ ſiue phantaſiæ circa aliquod ſingulare per ſuum phantaſma, tanquam per proprium repreſentatiuum. Secunda operatio eſt intellectus agentis transferentis formam illam de ordine in ordine, ſcilicet de ordine ſingularium ad ordinem vniuerſalium. Tertia operatio eſt intellectus posſibilis comprehendentis formam in tali eſſe per quam perficitur, ſicut potentia per actum perficitur,& in hac prima apprehenſione intellectus posſibilis nullam habet catiuitatem quidquid ſit de aliis operationibus cuiuſmodi ſunt componere diuidere & diſcurrere.

Impugnatio.

Cōtra de ratione agentis eſt educere aliquid de potētia ad actum mediante forma impreſſa in aliquo ſubiecto,in hac autem actione intellectus agentis nulla forma imprimitur in aliquo ſubiecto ergo non poteſt eſſe actio:maior patet tam in agētibus naturalibus quam in artificialibus minor etiam manifeſta eſt,quoniam nulla forma imprimitur in phantaſmate,nec in intellectu agente ergo.

Solutio. Diſp.3.primi dubii.

Reſpondetur,ꝙ de ratione agentis eſt educere aliquid de potentia ad actum,vt ſcribit Auerro.in 3 diſputatione cōtra Algazelem in ſolutione primi dub. vbi loquens de cauſa effectiua mundi,ita diffiniuit cauſam agentē, ex qua definitione refellitur differentia tradita ab Algazele, qui dicebat, ꝙ de ratione agentis eſt,ꝙ agat per ſcientiam, & voluntatem, dicit Auerro. quòd hæc eſt vna ſpecies agentis, ratio verò vniuerſalis eſt educere aliquid de potentia ad actum,quæ partitur in actionē naturalem, & à conſilio, quod autem dicunt Moderni ſequentes viam Doctoris ſubtilis,quòd duplex eſt actio,altera per ſimplicem emanationem, altera per tranſmutationem, hęc diſtin.

Erratum modernorum. 2. Scoti. 12. meth. cō. 44.

repugnat Auerroy in tota illa diſputa.& in 12.metha.commēt. 44 volens oſtendere, quòd in intelligentiis non ſit agens, hoc pacto arguebat de ratione agentis eſt educere aliquid de potentia ad actū in intelligentiis non eſt potentia, ergo neque agēs. Hoc idem repugnat Ariſto. vt docuit nos Ioannes Anglicus in ſecundo ſententiarum diſtin. prima quæſtione prima articu 4.

2.ſent. diſt. 1. q.1.art. 4.

Omnis igitur actio agentis eſt per eductionem de potentia ad actum,vt declaraui in quæſtione de efficientia mundi ſuper illa tertia diſputatione,quòd autem agens imprimat formam in paſſo,hoc non videtur eſſe neceſſarium, vt refert Ioannes Anglicus

glicus

glicus in prologo primi sententiarum quæstio. 1 .articul. 3. vbi ad litteram habet ista verba, dico quòd intellectus agens est vere agens,& nihil imprimens, quòd autem ista stent simul quòd intellectus agens nihil imprimat in obiectum,& tamen q; dicatur verè agens,quia per præsentiam eius extrahitur obiectum de potentia in actum,vt possit agere in intellectum. Probatur. Et primo,quòd nihil imprimat,patet. Cum enim Aristo. dixerat text.commen 17.quòd est causa,& factiuum sicut ars ad materiam, declarat se,quòd hoc est verũ quo ad hoc quod est verè agens sicut & ars,sed non est verum quo ad modũ agendi,ars enim imprimit in materia formam, sed non intellectus agens,vnde explanando hoc addit text.commen. 18.ille vero, quo est omnia facere est habitus quidam sicut lumen. Lumen non est agens quod non imprimit formam colori,vt supra habetur in fine secundi articuli, & hoc est quod Commentator. 2.de anima commen. 67.dicit quòd color est visibilis per se, & quòd lux non prebet sibi formam, & habitum per quem sit visibilis,ecce primũ, quòd non imprimit formam in obiecto.secundum probatur,quòd hoc non obstante quòd est verè agẽs quia in. 3. de anima comment. 18. vult Comment. quòd sic intellectus agens faciat phantasmata intelligibilia, scilicet extrahendo ea de potentia ad actum per suam presentiam, sicut lux colores per suam præsentiam,& 12.methap.comment. 44. vult idem Comment.quòd illud est propriè agens (& non perficiens) quod extrahit aliquid de potentia ad actum,& præcipuè si sit subiecto distinctum ab eo sicut in proposito, quod dico propter eductionem, qua forma reducit materiam de potentia ad actum. Sequitur ergo,quòd intellectus agens (cum sua præsentia extrahit obiectum de potentia ad actum) est verè agens,sed nihil imprimit, hoc autem ponitur. 3. de anima comment. 19. vbi dicitur,& modus qui coegit nos ad ponendũ intellectum agentem est similis cum modo propter quem visus indiget luce,quemadmodum enim visus non mouetur à coloribus nisi quando fuerit in actu,quod non completur nisi luce presente, cum ipsa sit extrahens eos de potentia ad actum, ita & intentiones imaginatæ non mouent intellectum materialem,nisi quando fuerint intelligibiles in actu.i.factę intelligibiles,quod non perficitur in eis, nisi aliquo præsente, quod sit intellectus in actu,& infra abstrahere nil aliud est, nisi facere intelligibiles in potentia,intelligibiles in actu.

Prologo primi sent. q. 1. arti. 3.

3.de aïa. 17.

3.de aïa 18.

2.de aïa com. 67.

3.de aïa com. 18.

12. meth. cõ. 44.

3.de aïa. 19

Contra

Impugnatio. Contra prædicta sic instatur, quando intellectus agens facit intelligibile in actu, de intelligibili in potentia, aut illud intelligibile in potentia, est in potentia essentiali, aut accidentali, si accidentali non ergo requiritur intellectus agens, quia quod est in potentia accidentali potest operari cum voluerit, si essentiali habetur propositũ, quia nihil educitur de potentia essentiali nisi aliquid recipiendo in se, quia da oppositum. (quòd scilicet nihil sibi imprimatur) tunc erit in potentia sicut prius, & ita intellectus agens non potest esse agens nisi imprimendo aliquid phantasmati.

Alia ratio. Præterea. Nihil extrahit aliquid de potentia ad actum (& hæc vt agens) nisi mediante actione ellicita, sed ista actio ellicita non potest recipi in ipsomet intellectu agente per actionem enim ellicitam in se ipso, non extraheret obiectum de potentia ad actum ergo illa actio imprimitur in obiecto. Pro solutione primæ rationis obseruare oportet, quòd intelligibilitas non sequitur naturam entis realis in se secundum Peripateticos, Materia enim est ens, & multa alia sunt entia, quę non sunt per se intelligibilia, sed sequitur naturã entis in actu quidditatiuo, vnde hæc propositio, forma est per se intelligibilis est in secundo modo dicendi per se, sicut ista color est visibilis, vt refert Auerro. secundo de anima commeu. 67. vbi dicit quòd lux non dat aliquam formã colori, sed diaphano per quam fit diaphanum in actu, simili ratione lux spiritualis intellectus agẽtis non dat formã rei sensibilis per quam fiat intelligibilis, quandoquidem suapte natura habet propriã intelligibilitatem, sed sua præsentia educitur id quod erat in potentia ad actum, est igitur forma in potentia accidentali, vt intelligatur, sed adhuc remanet dubitatio, qũo possit trãsferri aliquid de potentia ad actum sine forma impressa. Respondetur quòd aliquid extrahi de potentia ad actum potest intelligi dupliciter vno modo secundum potentiam passiuam, & isto modo est impossibile, quòd aliquid transeat de potentia ad actum sine actione ellicita, & sine aliquo impresso ei quod exit de potentia ad actũ, exẽplum de actione transeunte, impossibile est enim quod aliquid sit calefaciens sine calefactione transeunte, & in calefactibili recepto, alio modo secundum potentiam formalem, quemadmodum est color, qui habet semper eandem formam, per quam est visibilis sicut etiam forma rei sensibilis, cum habeat semper eandem formam, ideo semper est eodem modo intelligibilis verum

Solutiones rationum.

2. de aïa 67.

Dubitatio Solutio

verum quod extrahitur de potentia ad actum per præsentiam luminis intellectus agentis. Ad formam ergo rationis dicitur, quòd intelligibile in potentia accidentali remota tamen, quæ fit in actu non per formam acquisitam, sed per præsentiã illius luminis.

Ad secundum respõdetur, quòd Agens est in triplici differẽtia. Alterum est imprimens formam in passo. Alterum verò remouens. Tertium autem tantummodo assistens, & hoc. Tertio modo intellectus agens assistens extrahens formam de potentia ad actum, ita quòd per hoc totum, quod dico (extrahens de potentia ad actum) duo denotantur vnum quod est verè agens, quia extrahens de potentia ad actum, secundum, ꝙ non est agens remouens prohibens, quia tale agens solum aufert impedimentum, nihil vlterius agens, sed intellectus agens extrahit de potentia ad actum, quod est vlterius agere, per hoc autẽ quod dico, quòd assistendo habenti formam denotatur, quòd non est agens imprimens habenti enim formã occisum esse velle formam imprimere. Diluitur secunda rõ.

Sed adhuc remanet dubitatio, quoniam intellectus agens secundum Aristot. assimilatur luci, per quam color actu videtur, lux autem non solum est agens assistens extrahens colorem de potentia ad actum, sed imprimens formam in medio. s. in aere ergo si intellectus agens est quemadmodum lux, lux autem imprimit formam, ergo, & intellectus debet aliquam formam imprimere in obiecto, vel in intellectu. Dubitatur

Respondetur, ꝙ lux qualitas quædam materialis est existens in corpore luminoso, quæ ꝑ suos radios rectos, siue reflexos aut fractos, causat in medio daphano lumen, per quod visibile videtur, Nam visibile positum supra visum non causat visionem. lux verò spiritualis, qualis est intellectus agens non habet in quod agere possit. s. imprimendo formam, Non enim in medio agere potest, quia inter intelligibile, & intellectum nullũ cadit medium. Non valet igitur similitudo, simile. n. in omnibus non debet esse simile, hoc. n. est, quòd sit simile in hoc, quòd sicut per lucem intellectus agentis intelligibile potentia fit actu intelligibile, & cognitum. Diluitur.

Contra, causa præcedit tempore, aut natura suum effectum intelligibile actu est causa intellectionis, saltem partialis ergo præcedit natura intellectionem. Respondeo secundum Auerroym, quòd intelligibile actu nil aliud est, quam ipsa compre- Dubitatur Diluitur.

 hensio

hensio actualis,& ita non præcedit, est, enim forma, & perfectio intellectus possibilis, forma autem simul est cum formato, vt Aristo. docet 12 metaph. text. 16. & in 3. de anima commen. 37. dicit Auerro. quòd intellectus possibilis in actu est intellectum in actu, sicut intellectus in potentia est intelligibile in potentia, secatur, n. res sicut scientiæ, siue intellectus. Hinc patet solutio secundæ rationis Marci Antonii Zimare, scilicet q actio intellectus agentis non terminatur ad speciem intelligibilem, sed ad formam actu comprehensam.

Soluitur 3. rō Tertia autem ratio faciliter diluitur, quoniam supponit falsum scilicet q intellectus agens transferat formam de subiecto in subiectum, manet in forma in eadem materia, & non transfertur nisi de ordine in ordinem, hæc autem translatio non est secundum rem, sed virtute intellectus agentis, qui per quandā specialem assistentiam facit, vt quidditas, quæ est cōiuncta phātasmatibus apparet separata ab eis, & vt separata ab intellectu possibili apprehenditur, & ideo frustra querit ille vir vbi sint subiectiuè illæ quidditates. Nam si considerasset dictum Auer

3. de aīa com. 30. ro. in tertio de anima commen. 30. vbi dicit, quòd intellecta vniuersalia colligata sunt cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum, quando ergo quęrit, vbi sunt istæ quidditates, dico quòd sunt in intellectu, sicut locatum in loco vt inquit Aristo. locatum autem non est in loco subiectiuè, aut per formalem inherentiam, sed per quandam præsentialitatem, & sicut cognitum in cognoscente, hoc modo anima per intellectum dicitur esse omnia in esse intentionali, & vniuersali, ratione cuius assimilatur omnibus rebus, & nullum fuit discrimen inter antiquos, & Arist. quantum ad hoc, quòd anima sit omnia per identitatem, sed discrimen est in modo essendi, Nam Antiqui dixerunt animam esse omnia realiter, Aristo. verò intentionaliter anima. s. per intellectionē in actu qui nil aliud est q̄ forma intellecta vtrum autem notiones rerum sint animo cōnate relinquo platonicis.

Præter tres illas rationes quas fecit in confirmatione suæ opinionis adducit nonnullas alias, quæ sunt istæ.

Ratio Zima. Præterea, & fortius scientia quam habet intellectus possibilis prout est nobis applicatus aut est substātia, aut est accidēs non potest dari, quòd sit substantia, quia vnicuiq; patet quòd

Alia ratio scientia ponitur in prima specie qualitatis. Præterea si scientia ista esset substantia, tūc demostratio philosophi in septimo phys.

phys.text.commen.20.vbi probat quòd ad partem intellectiuam non est per se motus, quia ad primam speciem qualitatis non est per se motus nulla esset. Nam scientia ipsa per se non est qualitas, sed substantia. Si verò dicas, quòd scientia ista sit accidens. Tunc alicubi erit subiectiuè, cuilibet enim accidenti est proprium subiectum assignare, naturaliter loquendo, & tūc aut igitur scientia subiectiuè est in intellectu possibili, aut subiectiuè est in ipsa cogitatiua si primum, habeo cōtra te, quòd intellectus aliquid recipit subiectiuè. Non autem potest dari secundum, quia scientia est habitus vniuersalis consistens in indiuisibili, vt patet 7. phys. tex. commen. 20. habitus autem in diuisibilis non potest subiectiuè recipi in cogitatiua, quia tunc haberet partibilitatem, & tūc etiam sequeretur, ꝙ aliquod impossibile recipi in aliquo reciperetur in eodem. 7.phy. 20. 7.phy. cō. 20.

Præterea si intellectus possibilis non recipit species intelligibiles subiectiuè tunc consequentia quam facit Arist. & Commē. in tertio de anima in tex. commen. 2. laborat in æquiuoco vbi habet, quòd si intelligere est sicut sentire, aut pati aliquid vtique erit ab intelligibili, aut aliquid hmōi alterum. probo autem sequelam, Nam sensus recipit subiectiue, intellectus autem per te non recipit subiectiuè, sed solum obiectiuè. igitur comparatio philosophi est in æquiuoco. Alia rō.

Præterea. Commentator exponit illum textum de recipiente subiectiuè, & nō obiectiuè, dicit enim, dicamus igitur, quòd si posuerimus quòd forma re per intellectum est sicut sentire. i. ex virtutibus passiuis adeo quòd prima virtus intellectiua recipiat intellecta, & comprehendat ea, quemadmodum virtus sentiens recipit sensibilia, & comprehendit ea. patet autem quòd sensus subiectiuè recipit species, igitur, & intellectus, quia in nullo alio esset comparatio inter sensum, & intellectum. Alia rō.

Vlterius in tex. commen 3. Aristo. & Commentator expressè fatentur species intelligibiles, habet enim philosophus in text. impassibile autem oportet esse susceptiuum autem speciei & potentia huiusmodi. Sed non hoc. Et similiter se habere, sicut sensitiuum ad sensibilia: sic intellectiuum ad intelligibilia vbi iterum fit comparatio inter sensum, & intellectum quantū ad receptionem specierum, vt clare patet in text. & Commentator in commen. habet quòd intellectus non habet de intentione passionis nisi hoc tantum, quia recipit formam, quam cōprehendit. Et quia est in potētia ad illud, quod comprehendit Alia rō. 3. de aia. 3.

ſicut ſentiens. Nam quia eſt aliquid hoc in actu corpus, aut virtus in corpore, Ex quibus verbis patet,quòd in ſenſu duo concurrunt, primum,quia ſenſus eſt potentia paſſiua recipiẽs formas ſenſibiles. Secundum verò eſt, quod ſenſus eſt virtus in corpore. Intellectus autem conuenit cum ſenſu quantum ad primam conditionem, quia videlicet recipit formas ideſt ſpecies intelligibiles, & non conuenit quantum ad ſecundam cõditionem,quia intellectus,nec eſt corpus,nec virtus in corpore. Similiter Commentator in commẽ.4.habet quòd intellectus

3.de aĩa cõ.4. poſſibilis recipit omnes formas materiales,ideſt ſpecies intelligibiles rerum materialium, vlterius ordinatim procedendo Commen.in commen.5.comparat materiam primam, & intel

3. de aĩa cõ.5 lectum poſſibilem,ponendo differentiam inter ipſa,& dicit ꝙ materia prima eſt in potentia omnes formæ ſenſibiles. Sed intellectus eſt in potẽtia omnes intentiones formarum vniuerſalium, & dicit quòd prima materia non eſt cognoſcens neque diſtinguens,& ſubdit ꝙ cauſa iſtius eſt,quia materia recipit formas diuerſas,& iſtas. Intellectus autem recipit formas vniuerſales.patet autẽ quòd rõ materiæ recipientis eſt ratio ſubiectiuè recipientis,& non obiectiuè,quia relinquitur, ꝙ intellectus poſſibilis ſubiectiuè recipiat. Et differentia inter materiã eſt, quia illa ſignatæ,intellectus aũt vniueſaliter recipit. Si igitur differentia ponitur inter intellectum,& materiam pœnes ſignatæ, & vniuerſaliter recipere ſolum,tunc vtraq; conuenit quantum ad ſubiectiuè recipere,Differentia.n. in aliquo conueniunt, &

5.& 9.metha. in aliquo differunt,vt patet 5 & 9.methap.modo diſcurrenti ꝑ omnes conditiones materiæ patet quòd in nullo conueniet intellectus poſſibilis cum materia, niſi quantum ad ſubiectiuè recipere. Et propter hoc intellectus poſſibilis dicitur ab Auerro. materia intelligibilium. recipit enim ſubiectiuè omnia intelligibilia ſicut Materia recipit formas ſenſibiles ſubiectiuè. Et quoniam iſta argumenta faciliter ſoluuntur declarato termino actionis intellectus agentis, ideo redeundo ad propoſitum, &c.

Ad illam rationẽ, cum dicit. Præterea & fortius dico quod

Diluitur alia ratio. illa ratio ſupponit multa falſa, quorum primum eſt, quòd in intellectu poſſibili, vt applicatus orbi humano (vt ipſe ait) poſſit recipi accidens ſecundum eſſe reale, hoc enim repugnat ſubſtantiæ ſeparatæ ſimplici, cuius eſſe, & eſſentia idem

eſt

est simpliciter, neque possum intelligere quomodo per assistentiam ad orbem corporeum, possit recipere accidens incorporeum, secundo supponit in via Auerro. quòd scientia saltem incomplexa non sit ipsum scitum, nam sicut forma comprehensa est ipsa comprehensio secundum rem, ita scitum propinquum, vt scitum est ipsa scientia secundum rem, differunt autem ratione, nec obuiat dictum Auerro.decimo methap. commen.vigesimosecundo,quòd scientia est in genere qualitatis, & scitum in genere substantię, quoniam scitum, vt scitum accidens est intentionale, scitum tamen remotum potest esse substantia, distinctintio etiam prædicamẽtalis distinctionem rationis arguit non realem. Tertiò supponit, quòd illud dictum Aristote. septimo physic. text. vigesimo, sit de intentione Aristote. quod falsum est, vt rectè notauit Doctor subtilis in quolibet, quæstione decimatertia, articulo secundo, vbi dicit ad secundum argumentum, quod accipitur ex septimo physi. si diceretur, quòd Aristote. omnia illa dicit non secundum opinionem propriam, sed secundum opinionem Platonis videtur posse haberi ex Commentatore, vbi in fine connectè Aristote. inquit intellige in hoc loco, non quòd hæc sit opinio eius, sed intendit declarare causam opinionis huius.

10.metha.cõ. 22.

7.phy.tex.20

q.13.quol. artic.2.

Supponit vltimo, quòd habitus intellectualis sit formaliter, & subiectiuè in illa infima intelligentiarum, quod non conceditur in rectè interpretantibus Auerroym.

Pro solutione aliarum rationum oportet reminisci cuiusdã dicti Auerro.tertio de anima commen,decimoquarto, vbi dicit deinde exposuit, quid significat hoc nomen passio in intellectu, & dixit, quòd intellectus est in potentia &c. Id est, & ista intentio vniuersalis de passione in intellectu nihil aliud est, nisi quod est in potentia intellectum, non in actu quousque intelligat, & dicere etiam ipsum esse in potentia, est alio modo ab eis secundum quos dicitur, quòd res materiales sunt in potentia. & hoc est quod diximus prius, quòd intelligendum est hic, quòd hæc nomina, scilicet potentia, & receptio, & perfectio modo æquiuoco dicuntur, cum eis in rebus materialibus, hinc colligitur solutio suorum argumentorum. Concedimus, enim intellectum esse in potentia passiua, & esse de virtutibus passiuis, ipsumque recipere,

3.de aïa cõm. 14.

Rationũ solutio.

recipere,& perfici,& in istis nominibus analogis conueniunt insimul sensus materia,& intellectus,sed non coueniunt in modis recipiendi,vnde non valet,sensus recipit subiectiuè ergo,& intellectus consequentia non valet,quoniam in hoc modo recipiendi non assimilantur. Simili ratione non valet materia recipit subiectiuè ergo,& intellectus. Nam assimilantur in receptione, sed non in modo recipiendi, vnde si assimilarentur in modo sicut materia signate recipit ita & intellectus, quod falsum est,argumenta ergo illius viri peccant per fallaciam consequentis,recipit ergo subiectiuè recipit? dictum est enim superius, quòd receptiuum est in triplici differentia,quorum. Tertium est intellectus,qui tantum comprehensiuè,siue obiectiuè & perfectiuè recipit. Vnde notanda sunt verba Auerroys,qui in tertio de anima comment 3.intellectus non habet de intentione passionis,nisi quòd recipit formam, quam comprehēdit forma autem quam comprehendit est forma in esse vniuersali, quæ est sicuti locatum in loco,&c.

c 3. de aīa cō. 3.

Et quoniam duo Principes nostre militiæ videntur aduersari huic sententiæ.s. ꝙ non sit ponenda species intelligibilis in intellectu ante ipsum intelligere,quorum alter est.s. Doctor vir non minus sanctus quam doctus qui in prima parte summæ. q. lxxix. articu. sexto, vbi quærens an memoria sit in parte intellectiua animæ vbi posita opinione Auicennæ negantis speciem habere esse permanens in intellectu subdit,sed hæc opinio manifestæ repugnat dictis Aris. dicit enim in tertio de anima tex. 8.quòd cū intellectus possibilis sic fiat singula vt sciens dicitur qui secundum actum,& quòd hoc accidit cum possit operari per seipsum, est quidem igitur, & tunc potentia quodamodo non tamen simpliciter, & ante addiscere, & inuenire,dicitur autem intellectus possibilis fieri singula secundum quod recipit species singulorum,ex hoc ergo,quòd recipit species intelligibilium habet,quòd possit operari cum voluerit non autem, ꝙ semper operetur, quia & tunc est in potentia quodammodo, sed aliter antequam intelligeret,eo.s.modo,quo sciens in habitu est in potentia ad considerandum in actu:repugnat etiā prædicta positio rationi qđ enim recipitur in aliquo,recipitur in eo secundum modum recipientis,intellectus autem est magis stabilis naturæ, & immobilis quam materia corporalis, si ergo materia corporalis formas quas recipit nō solum tenet dū per eas agit in actu,sed etiam posteaquā agere cessauerit, multo for-

opi. diui Thome 1. par. summe. q. 79. arti, 6.

3. de aīa text, 8.

to for-

to fortius intellectus immobiliter, & inamissibiliter recipit species intelligibiles, siue à sensibilibus acceptas, siue etiam ab aliquo super in intellectu effusas, sic igitur si memoria accipiatur solum quòd vt conseruatiua specierum, oportet differentię memoriam esse in intellectiua parte, siue de ratione memoriæ, sic quòd eius obiectum sit præteritum vt præteritum, memoria in parte intellectiua non erit, sed sensitiua tantum, quæ est apprehensiua particularium. præteritum. n. vt præteritum eum significat esse sub determinato tempore ad conditionem particularis pertinet: hęc est sententia Beati Thomæ in pluribus aliis locis.

Alter verò est Scotus Doctor subtilis, vir non minus pius quã doctus, qui in primo sententiarum distin. 3. q. 6. multis viis redarguit Henricum negantem speciem intelligibilem, & quoniam longum esset ponere oẽs eius rationes, ideo vnam duntaxat in medium afferam. Si non datur species intelligibilis representans intellectui obiectum in esse vniuesali sequeretur q; obiectum esset sufficienter præsens intellectui per phantasma, sed consequens est falsum. Consequentia bota est, quoniã obiectum antequam intelligatur est præsens perfecta præsentialitate ipsi intellectui, quòd autem cõsequens sit falsum probatur, eadem species manens non habet duas rationes representatiuas, nec est respectu duarum rationum maxime oppositarum representabilium, sed representare obiectum sub ratione vniuersalis, & singularis requirit duplicem rationem representatiuam igitur idem manens nõ representat sic, & sic, ergo phantasma quod de se representat obiectum sub ratione singularis non potest ipsum representare sub ratione vniuersalis. *Scoti positio in primo sen. dist. 3. q. 6.* *Rõ Scoti.*

Respondetur, quòd eadẽ species sub alio, & alio lumine representat obiectum sub alia, & alia ratione, sicut nocte lucentia in lumine die representant se sub ratione coloratorum, in lumine autem noctis sub ratione lucentium. Sic in proposito per lumen intellectus, & phantasiæ eadem species potest representare opposita in obiecto. *Respondetur ad rõnem Scoti.*

Contra representatiuum prius naturaliter est aliquid in se quam in tali lumine, vel tali representet, quia enim est talis species, ideo congruit sibi lumen, in quo representet vnum, & non aliud. Alioquin posset poni, quòd eadem species representaret colorem, & solum, quia species illa, vt in aere tremulo representaret sonum, quæ secundum quod cõcurrit medium extrinsecum *Contra responsum arguitur*

trinsecum medio connaturali coniungitur organo auditus,vt in aere illuminato,& perspicuo, & secundum quod est conueniens visus representare colorem, & ita non posset ostendi aliqua distinctio representatiuorum, in illo igitur priori oportet intelligere vnitatem speciei in se, quam consequitur vnitas representationis, & obiecti representabilis per ipsam inquantũ per ipsam representatur, & ita aliquid quod est idẽ in isto priori non potest habere diuersam rationem representandi,nec potest representare idem sub alia, & alia ratione representabilis.

Pro solutione eorum,quæ referunt S.Doctor, & Scotus obseruare oportet, quòd isti posuerunt in parte intellectiua animæ rationalis memoriam,& ex consequenti speciem intelligibilem, propter dicta sacræ scripturæ,& sanctorum,Sacra enim scriptura habet Luc. 16. vbi ait Abraam ad diuitem illum, fili recordare, quia recepisti bona in vita tua Lazarus verò similiter mala.accedit autem adhoc auctoritas Gręgorii super illud Psalm.88. Misericordias domini in æternum cantabo,quomodo in æternnm misericordiã canit,qui miseriæ non meminerit. huic etiam consonat illud Hieronymi in Prologo Bibl. Discamus inquit Hieronymus in terris, quorum memoria nobis remanebit in cœlis, valde enim indignum esset tantum laborare circa scientiam, & virtutes, si desinerẽt esse in morte. Auerrois verò ex opposito negauit memoriam in parte intellectiua propriè dictam, sed in sensitiua. Vnde Aristot. in libro de memoria,& reminis. dicit quosdam esse bene reminiscitiuos, & quosdam male, propter diuersitatem organi, & loquẽs de memoria dicit cuius partis animæ, memoria sit manifestum est, quoniam est, cuius phantasia est,illius etiam memoria est. Verum qui volunt videre veritatem huius rei legant Scotum in quarto distinctio.45. quæstio.3. & 5.Doctorem in prima parte q 79.arti 6.

Motiuũ Scoti, & diui Tho. i ponendo spẽs intelligibiles.

In libello de memoria.3.remini.

In 4.dist. 45. q.3.

Prima parte summæ.q.79 arti. 6.

Fundamentum autem primum San.Doctoris cum quærit, quomodo intellectus possibilis fiat in potentia non sicut ante addiscere, sed in potentia accidentali secũdum quam videtur mediantibus speciebus intelligibilibus. ad hoc diceret Auerro.quòd intellectus sufficienter fit in potentia accidentali, & in habitu mediante phantasia. siue cogitatiua iam habituata, sine qua nihil intelligit anima vnde necesse est intelligentem phantasmata speculari tertio de anima text. 39. quòd necessario, accidit propter ordinem potentiarum in operando, vnde

Reuertuntur ad diuũ Tho.

talis

talis est connexio istarum potentiarum, quòd nihil intelligimus in vniuersali, nisi cuius singulare cogitamus, nec est alia connexio, ad phantasmata, nisi quòd intelligens vniuersale imaginatur singulare eius vniuersalis, dispositione ergo habita in phantasia intellectus effectus est in habitu neque oportet seipsum disponi subiectiuè, quoniam quod est ei difficile est impossibile, sicut in rebus æternis.

Secundum fundamentum San. Doctoris verissimum est, vnde si species intelligibilis reciperetur in intellectu subiectiuè necessario haberet in eo esse perpetuum, & incorruptibile, quoniam in eo non esset contrarietas, neque commune subiectum quæ sunt causa corruptionis, vt inquit Auerro. primo capitulo de substantia orbis, nec valet responsio Zimaræ dicentis, quod dependet à phantasmatibus, quod verum est in fieri non autẽ in esse fiunt enim secundum istos ab intellectu agente tanquam à causa principali, & à phantasmatæ tanquam ab instrumento, & a causa minus principali. Potest igitur remanere species, remanente causa principali. 1.c. de substã tia orbis. Erratũ Zim.

Ad fundamentum Doctoris subtilis diceret Auerro. quòd phantasma non representat intellectui possibili, vniuersale formaliter, sed virtualiter, ad hunc sensum, quòd phãtasma primo excitat phantasiam ad cogitandum aliquam formam singularem, ex hoc intellectus agens singularem illam formam facit vniuersalem, & habentem esse intentionale, forma autem in tali esse non habet aliam materiam præter intellectum possibilem, & ideo statim cum perficit, & format, & est in eo sicut cognitum in cognoscente, & si quispiam dubitaret. Sicut sensibilia sunt in sensu mediante specie, ita intelligibilia debent esse in intellectu mediante specie. Ad hoc respondet Aristo te. tertio de anima text. sexto, vbi commendat descriptionem animæ datam ab antiquis, scilicet quòd anima est locus intelligibilium, & statim corrigit dictum Antiquorum, quoniam non tota anima est locus, sed secundum intellectum, secundum autem sensum est subiectum non locus, vnde sensibilia subiectiuè sunt in sensu secundum species eorum, sed intelligibilia sunt in intellectu comprehensiuè tantum, & sicut locatum in loco, & quod ipse Marcus Antonius Zimara dixit, quòd omnes antiqui Auerroystæ, vt Albertus Magnus in tertio de anima tractatu, secundo capitulo septimo, & Beatus Thoma. in

Fundamentũ Scoti diluitur

3. de aïa text. 6.

K quæstio,

Decipitur Zima. & ſequaces.

quæſtio. diſputatis de anima, & Ioannes de Ganda. in quęſtionibus ſuis ſuper tertio de anima,& breuiter omnes rectè ſentiẽtes in via Auerroys concedunt ſpecies intelligibiles. Nos verò ex oppoſito dicimus, quod illi fuerunt Antiqui,& doctiſſimi viri, ſed in hoc non fuerunt Auerroyſtæ, ſed perperam interpretati ſunt Auerroym ipſe autem fortè errauit propter amorem magiſtri ſui, qui fuit Mauritius Hybernicus, ſicut amor Socratis fecit Platonem in multis errare, vt refert ſolertiſſimus naturæ rimator Ariſtote.

FINIS.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter K qui eſt duernione.